




BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
2 1
2







EPICTETI
MANUALE
ET
SENTENTIAE.

Quibus accedit

TABULA CEBETIS

GRAECE & LATINE.



Excudebant Vincentius Junctinus
& Jacobus Justus.

Lucae Anno M. DCC. LIX.

SUPERIORUM PERMISSU.

AMICO LECTORI

Salutem dicit




C. G.

MAgnum est, Amice Lector, Epicteti apud sapientes nomen; cujus Enchiridion cum sententiis quanti semper habitum fuerit, frequentes ejus editiones satis superque demonstrant. Præcepta in eo continentur de moribus, brevia illa quidem at succiplenissima, quo animi, quasi salutari pabulo & quotidiano alerentur & crescerent; quapropter digna existimantur, quæ memoriæ mandentur omnia, cum non multa sint & ad perficiendos mores ac bene vivendum in primis conferant. Sunt quidem plura tradita de moribus a Platone, ab Aristotele, a Tullio, a Seneca a Plutarco, ab aliis tum superioribus tum nostris hisce temporibus: sed non

cuique tantum est ocii aut ingenii, ut quæ longe lateque patent, aut scripta sunt paullo subtilius, ea legere velit, aut valeat perscrutari. Epicteti Enchiridion contra breve est, atque, ut nomen indicat, ad manus & ad cujusque ingenium, qui modo græcæ aut latinæ linguæ non omnino ignarus sit, accommodatum, & ob sententiarum splendorem & gravitatem ad intimas animi partes suavissime penetrans. Iccirco Carolus ipse Borromeus, vir omni virtutis genere præstantissimus, illud præ manibus habebat, assidueque tractabat (a). *Hæc me causa impulit, ut aureum libellum qui jam rarus videbatur esse, nec posse a multis facile comparari, vellem rursus prodire in publicum. Hanc nostram, Amice Lector, studiosam voluntatem si boni consules, fortaße nonnulla accipies de hac doctrina a nobis conscripta, quæ utilitatem quandam continent ex nova recentiorum methodo & rationibus depromptam; cum ex his lecta sint digna at-*

(*a*) In ejus vita a Jusſano descripta l. I. c. IV.

atque utilia, & oppugnata declinataque ea quæ nocitura videbantur. Philosophia, seu sapientiæ studium rationalibus convenit animantibus; & partes illius omnes dignitate utilitateque, desiderium sciendi & voluptatem nostro ingerunt animo. At pars illa vere divina ad mores informandos & ad bene beateque vivendum instituta necessaria est quidem, non utilis tantum. Hanc admodum excolere debent cum juvenes, tum ætate provecti homines; nam unicuique ætati suum officium est: & præclare Plato (*ut est apud Tullium*); beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam, verasque opiniones assequi possit.



EPICTETI
VITA

Ex variis Scriptoribus excerpta a C. G.



Pictetus Hierapoli natus, quæ urbs eſt Phrygiæ, cum Romæ Epaphrodito cuidam ſerviret Neronis cubiculario, claudus ob fractum crus, Domini permiſſu ſeſe dedit Stoicæ philoſophiæ. Vitæ innocentia, ſapientiæ ſtudio inſignis, & ab omni arrogantia animique elatione vir fuit alie-

lienus. Cum multum in philosophiæ studio profecisset, herus eum honoris causa manumisit, sed ita inops ille vixit, ut nihil haberet præter lectulum. Senatus consulto cum aliis philosophis Roma pulsus, imperante Domitiano, venit Nicopolim. Domitiano mortuo, Romam rediit. Philosophica cum familiaritate Hadriano Imperatori congrediebatur Epictetus, & quamvis *altercatio Hadriani cum Epicteto* opus adulterinum sit, philosophatum illum cum Hadriano esse certum est. Quanta vero paupertas fuit Epicteti, tantæ fuere animi divitiæ; ingenio acri & excellenti præstitit, & dijudicandis hominum moribus aptissimo. Philosophiæ cognitionem tantam habuit, quanta in homine acutissimo quæri & ex indefesso stoicæ philosophiæ studio acquiri potuit, unde existimatur animi recti & virtutis amantis magnitudine & nobilitate, contemtu humanæ vanitatis & infracto ad quævis adversa pectore, in tota Zenonis schola non fuisse qui Epictetum superaverit. Nihil

ip-

ipse scripsit; quæ enim scripsisse dicit Svidas, de annotatis discipulorum ex ore præceptoris intelligenda sunt. Ita Enchiridion & sententiæ ad nos pervenerunt, & dissertationes Epictetex, quæ extant apud Arrianum hujus philosophi discipulum studiosissimum: nonnulla vero alia pulcherrimæ suæ doctrinæ præcepta inter scripta M. Antonini, Gellii, Augustini, aliorumque dispersa videntur. In hoc, ut veteribus visum est, situm erat suæ philosophiæ principium, seu ejus sapientiæ compendium: ἀνέχου καὶ ἀπέχου: *sustine & abstine*. Tantam itaque movit admirationem sui, ut, cum obiisset, inventus sit, qui lucernam ejus fictilem sibi comparavit pretio trecentorum denariorum (*a*), sperans fore, ut si noctu ad istam lucernam legisset, mox Epicteti sapientiam somniaret, & similis efficeretur admirandi senis. Profecto eam, qua is usus est, philosophandi rationem etiam platonicæ præ-

(*a*) Lucianus in Dialog. contra indoctum.

præfert Origenes (*b*), & Galenus (*c*): Lipſius item (*d*) Epictetum, ſin minus ſcriptorum numero, at certe pondere cum Seneca comparandum, vita anteponendum, putat: atque unum Enchiridion plus ad hominum mores formandos valere, quam Ariſtotelis ethicam univerſam, immo & omnium poſt illum philoſophorum, qui moralem philoſophiam magno verborum apparatu litteris mandarunt, ſcribit Abraham Berckelius (*e*). Doctiſſimus Bruckerus quoque de Epicteto ait: in his vero doctrinæ moralis ſtoicæ præceptis dicta occurrunt, non phraſeologiam tantum chriſtianam mire referentia, ſed & doctrinam ſacram haud obſcure imitantia, quæ occaſionem dedere viris quibuſdam doctis, Epictetum inter latentes chriſtianos, vel ſemi-chriſtia-


nos

(*b*) L.6. contra Celſum.
(*c*) Ap. Fabricium Bibl. græc. l.4. cap.7.
(*d*) Manuduct. ad philoſ. Stoic. lib.1. diſs.26.
(*e*) In ep. dedicat., quæ Epict. Enchiridio præmittitur.

nos referendi; quod tamen rectius inficiati sunt alii. At demum ut finem imponam, neque alios persequar, qui Epictetum summopere commendarunt, videantur Fabricius Bibl. græc. l.4. cap.7., Capassus hist. philos. l.4. cap.1. & Bruckerus hist. crit. philos. Per.11. par.1. l.1. cap.2. sect.7.

ἘΠΙΚΤΗ`ΤΟΥ
ἘΓΧΕΙΡΙ´ΔΙΟΝ.

EPICTETI
MANUALE.
Græce & Latine.



ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.


ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.



Ω͂ν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν· τὰ δὲ, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα ἔργα· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα.

α. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, ἐστὶ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀστενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.

β.



EPICTETI
MANUALE.

CAPUT I.



ERum aliæ in noſtra poteſtate ſunt; aliæ in noſtra poteſtate non ſunt. In noſtra ſunt poteſtate; opinio, impetus, adpetitio, declinatio, atque uno verbo, quæcunque noſtra ſunt opera: In noſtra poteſtate non ſunt; corpus, poſſeſſio, gloria, magiſtratus, atque uno verbo, quæcunque noſtra opera non exiſtunt.

I. Et quidem quæ in noſtra ſunt poteſtate; naturâ ſunt libera, quæ prohiberi & impediri nequeant: at quæ in noſtra non ſunt poteſtate; imbecilla, ſerva, quæ impediri poſſint, aliena.

β. Μέμνησο ἔν, ὅτι, ἐὰν τὰ φύσει δῦλα, ἐλεύθερα οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια, ἴδια, ἐμποδιστήσῃ πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ, καὶ θεὺς καὶ ἀνθρώπυς· ἐὰν δὲ τὸ σὸν, μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι· τὸ δὲ ἀλλότριον ὥς πέρ ἐςιν ἀλλότριον· ὐδέις σε ἀναγκάσει ὐδέποτε, ὐδέις σε κωλύσει, ὐ μέμψῃ ὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσει τινὶ, ἄκων πράξεις ὐδὲ ἕν, ὐδέις σε βλάψει, ἐχθρὸν ὐχ ἕξεις. ὐδὲ γὰρ βλαβερὸν τι πάσῃ.

γ. Τηλικύτων ἔν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι ὐδεῖ ὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς· τὰ δ᾽ ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρὸν, καὶ προηγυμένως σεαυτῦ επιμελεῖσθαι· Ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ᾽ εθέλῃς, καὶ ἄρχειν, καὶ πλυτεῖν· τυχὸν μὲν ὐδ᾽ αὐτῶν τύτων τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι· πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι ὧ μόνων ἐυδαιμονία, καὶ ἐλευθερία περιγίνεται.

δ. Ἐυθὺς ἔν πάσῃ φαντασίᾳ τραχέᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ ὐ πάντως τὸ φαινόμενον· ἔπειτα ἐξέταζε αὐτὴν, καὶ δοκίμαζε τοῖς κανόσι τύτοις, οἷς ἔχεις. πρώτῳ δὲ τύτῳ καὶ μάλιςα, πότερον περὶ τὰ ἐφ᾽ ἡμιν ἐςιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔςω τὸ, διότι ὐδὲν πρὸς σέ.

KE-

II. Memento igitur, si, quæ natura serva sunt, libera putaris; & aliena, propria; fore ut impediaris, lugeas, turberis, Deos atque homines incuses: sin id quod tuum est, solúm tuum esse putaris; & quod alienum, uti revera est, alienum; nemo te coget unquam, nemo te impediet, non incusabis quenquam, nec culpabis, invitus nihil ages, nemo te lædet, inimicum non habebis; neque enim quidquam quod lædat patiéris.

III. Tanta igitur expetens, memento non oportere modice commotum ea attingere; sed alia omnino mittere; alia in præsens differre, ac præcipue tuiipsius curam agere. Si autem & ista expetas, & magistratum gerere, & dives esse; fortasse neque hæc ipsa consequere, quod priora quoque expetas. Illa certè nullo modo consequéris, quibus solis felicitas, ac libertas adquiritur.

IV. Statim igitur omni aspero viso occurrere stude, ac dicere; visum es, ac nullo modo id quod esse videris. Deinde explora illud, atque examina, iis, quas habes, regulis: Prima autem hac vel maxime, utrum circa ea versetur, quæ in nostra potestate sunt, aut quæ in nostra potestate non sunt. Quod si circa aliquod eorum versetur, quæ in nostra potestate non sunt, promtum hoc esto; Nihil ad te.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β.

ΜΕ'μνησο ὅτη ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπιτυχεῖν, οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται· καὶ ὁ μὲν ἐν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐν ἐκκλίσει περιπίπτων, δυστυχής· ἂν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι. οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπεσῇ· νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις. ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη· τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυχεῖν ἀνάγκη. τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὐδὲν οὐδέπω σοι πάρεστι· μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν, καὶ ἀφορμᾶν χρῶ, κούφως μέντοι, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

Caput II.

MEmento adpetitionis promiſſionem eſſe, fore ut conſequaris quod adpetis; declinationis autem promiſſionem, fore ut in id non incidas, quod declinas: & quidem eum, qui adpetens non conſequitur, fortunam parum faventem habere; qui declinans incidit, fortunam habere iratam. Si ergo ſola declines, quæ præter naturam exiſtentia in tua ſunt poteſtate, in eorum nullum, quæ declinas, incides. At verò morbum ſi declines, aut mortem, aut paupertatem, eris calamitoſus. Aufer igitur declinationem ab omnibus, quæ in noſtra poteſtate non ſunt, eamque transfer ad ea, quæ contra naturam exiſtentia in noſtra poteſtate ſunt. Adpetitionem verò penitus in præſens tolle. Si enim adpetas quidquam eorum, quæ in noſtra non ſunt poteſtate, infortunatum te eſſe necesſe eſt: ex iis autem, quæ in noſtra poteſtate ſunt, nihil, quod honeſte adpetas, adhuc tibi adeſt. At ſolo eo utere, ut impetum aliquò feras, & alicunde revoces; leviter tamen, & cum exceptione, ac remiſſe.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ γ

Ε' Φ' ἑκάστε τῶν ψυχαγωγέντων, ἢ χρείας παρασχόντων, ἢ σεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐςιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος· ἂν χύτραν σέργῃς, ὅτι χύτραν σέργεις. κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, ἐ ταραχθήσῃ· ἂν παιδίον σαυτῦ καταφιλῇς, ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρωπον καταφιλεῖς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτῦ ἐ ταραχθήσῃ.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ δ.

Ο"Ταν ἅψαθαί τινος ἔργε μέλλῃς ὑπόμνησον σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐςι τὸ ἔργον. ἐαν λεσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανέῳ· τὺς ἀποῤῥαίνοντας, τὺς ἐνσειομένες, τὺς λοιδορῦντας, τὺς κλέπτοντας, καὶ ἕτως ἀσφαλέςερον ἅψῃ τῦ ἔργε, ἐὰν ἐπιλέγῃς εὐθὺς, ὅτι λέσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχεσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑκάςε ἔργε· ἐ διαμαρτήσεις· ἕτω γὰρ, ἄν τι πρὸς τὸ λέσασθαι γένηται ἐμποδ ν, πρόχειρον ἔςαι, ὅτι ἐ τῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχεσαν τηρῆσαι· ἐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

KE-

Caput III.

Illarum rerum, quæ animum deliniunt, aut usum præbent, aut diliguntur, singulis memento verbis subjicere, qualis sit. Si ollam diligas, dic; Ollam diligo. Ea enim fracta non perturbaberis. Si puellum tuum obsculere, aut uxorem, subde; Hominem osculor. Eo enim mortuo non perturbaberis.

Caput IV.

Opus aliquod adgressurus ipse tibi in memoriam revoca, quale sit illud opus. Si lotum abis, propone tibi quæ in balneo fiunt; abluentes, incutientes, convitiantes, furantes; atque ita cautius rem adgredieris: si hæc verba statim subdas; Lavare volo, propositumque meum, quod secundúm naturam est, servare. Et similiter in quocunque negotio: nec peccabis. Ita enim, si quid inter lavandum impedimenti accidat, promtum erit; Non hoc volebam tantùm, sed & propositum meum, quod secundùm naturam est, servare. Non servabo autem, si moleste feram quæ fiunt.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ε.

Ταράσσει τὰς ἀνθρώπους, ἃ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. οἷον, ὁ θάνατος ἐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τῦ θανάτυ, ὅτι δεινὸν, ἐκεῖνο τὸ δεινὸν ἐςίν. ὅταν ἂν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταρασσώμεθα, ἢ λυπώμεθα, μηδέποτε ἄλλον αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτὰς, τυτέςι, τὰ ἑαυτῶν δόγματα.

α. Α'παιδεύτυ ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς· ἠργμένυ παιδεύεςαι, τὸ ἑαυτῷ· πεπαιδευμένυ, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ς.

Ε'πὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι· εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν, ὅτι καλός εἰμι, οἰςὸν ἂν ἦν· σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ· τί ἂν ἐςὶ σου; χρῆσις φαντασιῶν· ὡς θ' ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦτα εὐλόγως ἐπαρθήσῃ· τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

KE-

CAPUT V.

PErturbant homines non res ipsæ, sed de rebus opiniones. Ut, mors nihil terribile est, alioquin & Socrati hoc visum fuisset; sed opinio de morte, quod terribile aliquid sit, hoc est illud terribile. Cum igitur impedimur, aut perturbamur, aut tristamur, nunquam alium incusemus, sed nos ipsos, hoc est, nostras opiniones.

I. Ineruditi factum est incusare alios, ob quæ sibi malè est; ejus qui erudiri cœpit, seipsum; eruditi, neque alios, neque seipsum,

CAPUT VI.

OB nullam alienam efferaris præstantiam. Si equus sese efferens diceret; pulcher sum; ferri id posset: Tu verò, cum dicis superbia elatus; pulchrum equum habeo; scito te ob pulchrum equum superbire. Quid ergo tuum est? Usus visorum. Quare cum in usu visorum secundùm naturam es adfectus, tum verò meritò te efferes. tuo enim aliquo bono superbies.

CA-

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ ζ.

ΚΑθάπερ ἐν πλῷ, τῦ πλοίυ καθορμιθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσαθαι, ὁδῦ μὲν πάρεργόν ἐςι, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασται, ἢ βολβάριον. τετάσται δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιςρέφεσται, μήτοι σὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ. κἂν καλέσῃ, πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα. ὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβαρίυ καὶ κοχλιδίυ, γυναικάριον, καὶ παιδίον, ὐδὲν κωλύσει. ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα ἅπαντα, μηδὲν ἐπιςρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῇς πολε τῦ πλοίυ μακρὰν, μή πολε καλῦντος ἐλλίπῃς.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ η.

ΜΗ᾿ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεςαι ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλειν ὡς τὰ γινόμενα γίνελαι, καὶ εὐροήσεις.

α. Νόσος, σώματός ἐςιν ἐμπόδιον. προαιρέσεως δὲ ὔ. ἐὰν μὴ αὐλὴ θέλῃ. χώλανσις, σκέλυς ἐςὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ὔ. καὶ τῦτο ἐφ᾿ ἑκάςυ τῶν ἐμπιπλόνλων ἐπίλεγε. εὑρήσεις γὰρ αὐλὸ ἄλλυ τινὸς ἐμπόδιον. σῦ δὲ ὔ.

KE.

Caput VII.

QUemadmodum in navigatione, ubi stationem navis nacta est, si exeas aquatum, in via quidem obiter hoc agis, ut cochleolam colligas, aut bulbulum; animum autem ad navim intentum habere oportet, & continuò respicere, an gubernator vocet; &, si vocet, omnia oportet relinquere, ne vinctus, ovium instar, in navim conjiciaris: Sic quoque in vita, si pro bulbulo, & cochleola, uxorcula detur & puellus, nihil hæc habere vetabit. Cum autem gubernator vocarit, curre ad navim relictis illis omnibus, nihil respiciendo. Quod si senex sis, ne recedas unquam procul à navi, ne vocantem non adsequaris.

Caput VIII.

NE cupias quæ fiunt fieri ut vis; sed fieri velis quæ fiunt, ut fiunt; & tranquillo vitæ cursu utéris.

I. Morbus, corporis impedimentum est; propositi nequaquam; nisi ipsum velit. Claudicatio cruris impedimentum est; propositi nequaquam. Atque hoc cuicunque incidentium rerum verbis adde. Illam enim alterius cujusdam impedimentum invenies; tui vero nequaquam. CA-

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ θ.

ΕΦ' ἑκάϛϐ τῶν προσπιπτόντων μέμνησο, ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν, ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτϐ· ἐὰν καλὸν ἴδῃς, ἢ καλὴν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν· ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν· ἂν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ ὅτως ἐθιζόμϑμόν σε, ὐ συναρπάσϐσιν αἱ φαντασίαι.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ι.

ΜΗδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό· ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; ὐκϐν καὶ τϐτο ἀπεδόθη· ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμϑμος· τί δὲ σοὶ μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δϐς ἀπήτησε; μέχρι δ' ἂν διδῷ, ὡς ἀλλοτρίϐ αὐτϐ ἐπιμελϐ, ὡς τϐ πανδοχέϐ οἱ παριόντες.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ια.

ΕἸ προκόψαι θέλεις, ἄφες τϐς τοιϐτϐς διαλογισμϐς· ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, ὐχ ἕξω διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονηρὸς ἔϛαι. κρεῖσσον γάρ ἐϛι λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμϑμον, ἢ

ζῆν

Caput IX.

SUper quacunque incidentium rerum memento ad te conversus quærere, quam potentiam habeas ad ejus usum. Si pulchrum videas, aut pulchram, potentiam ad hæc invenies, continentiam. Si labor offeratur; invenies tolerantiam. Si convitium; patientiam. Atque sic adsuetum non te abripient secum visa.

Caput X.

NUnquam de aliqua re dicas; Perdidi eam: sed dicas; eam reddidi. Puellus obiit? redditus est. Ager ereptus? ergo & hic redditus. Sed malus est qui abstulit. Quid verò tu curas, per quem repetierit is qui dedit? Quamdiu autem habere dederit, tanquam alienæ rei, ipsius curam habe; ut hospitii, viatores.

Caput XI.

SI proficere vis, hujusmodi cogitationes mitte: nisi curam rerum mearum habeam, alimenta non habebo: nisi puerum castigem, malus erit. Satius enim est fame emori, sine mœrore ac metu existentem,

quàm

ζῆν εν ἀφθόνοις ταρασσόμϑρον· κρᾶτλον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σὲ κακοδαίμονα. ἄρξαι τοιγαρῦν ἀπὸ τῶν σμικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπ]εται τὸ οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσέτυ πωλεῖται ἀπάθεια, τοσύτου ἀταραξία· προῖκα δὲ ὐδὲν παραγίνεlαι· ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμῦ ὅτι δύναlαι μὴ ὑπακῦσαι· καὶ ὑπακύσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις· ἀλλ' ὐχ ὕτως ἐςὶν ἀυτῷ καλῶς· ὅλως δὲ σοι καλῶς· ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τὸ σὲ μὴ ταραχθῆναι.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ιβ.

Ε'Ι προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον ἕνεκα τῶν ἐκlὸς ἀνόητος δόξαι, καὶ ἠλίθιος.

α. Μηδὲν βύλυ δοκεῖν ἐπίςαθαι. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίςει σεαυτῷ· ἴσθι γὰρ, ὅτι ὐ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν αὐlοῦ, κατὰ φύσιν ἔχυσαν, φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκlός· ἀλλὰ τὸν ἑτέρου ἐπιμελύμϑρον, τῦ ἑτέρυ ἀμελῆσαι πᾶσα ἀνάγκη.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ιγ.

Α''Ν θέλῃς τὰ τέκνα συ, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὺς φίλυς, πανlοlε ζῆν, ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ἐπί σοι, θέλεις ἐπί σοι εἶναι.

quám vivere in omnium rerum adfluentia, perturbatum. Satius quoque eſt puerum malum eſſe, quám te calamitoſum. Quare a parvis incipe. Effunditur parum quod habes olei? furto aufertur villum? hæc verba ſubjice; tanti venditur perturbationum vacuitas, tanti tranquillitas: gratis nihil acquiritur. Cum autem puerum vocas, cogita poſſe ipſum non audire; &, ſi audierit, nihil eorum agere quæ velis. Nec ita ipſi bene eſt; tibi veró omnino benè; ut ipſe efficiat, te non perturbari.

Caput XII.

SI proficere vis, perfer ſi ob externa ſtultus ac brutus videaris.

I. Nihil videri velis ſcire: & ſi quibus eſſe aliquis videare, tibi ipſi diffide. Scias enim, non facile eſſe, & propoſitum ſuum, quod ſecundùm naturam adfectum eſt, ſervare, & externa; ſed omnino neceſſe eſſe, ut, qui unum curet, alterum negligat.

Caput XIII.

SI velis liberos tuos, & uxorem, & amicos, ſemper vivere; ſtultus es. Quæ enim in tua poteſtate non ſunt, vis eſſe in

εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. ὅτω κἂν τὸν παῖδα θέλης μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ. θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι· ἂν δὲ θέλης ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τῦτο δύνασαι. τῦτο ὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι.

α. Κύριος ἑκάςυ ἐςὶν, ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνυ θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων ἐξυσίαν, εἰς τὸ περιποιῆσαι, ἢ ἀφελέσθαι· ὅς τις ὖν ἐλεύθερος εἶναι βύλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τὶ, τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μὴ, δυλεύειν ἀνάγκη.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ιδ.

Μ'Έμνησο ὅτι, ὡς ἐν συμποσίῳ, σὲ δεῖ ἀναςρέφεσθαι· περιφερόμενόν γέγονέ τι κατὰ σέ; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε· παρέρχεται; μὴ κάτεχε· ὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν· ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατὰ σέ· ὅτω πρὸς τέκνα, ὅτω πρὸς γυναῖκα. ὅτω πρὸς ἀρχὰς, ὅτω πρὸς πλῦτον, καί ἔση ποτε ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης· ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβης, ἀλλὰ καὶ ὑπερίδης, τότε ὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔση, ἀλλὰ καὶ συνάρχων· ὅτω γὰρ ποιῶν διογένης, καὶ ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

tua poteſtate; & aliena, vis eſſe tua. Sic quoque, ſi puerum velis non peccare, fatuus es; vis enim vitium non eſſe vitium, ſed aliud quidpiam. Si autem velis adpetens aliquid, eo non excidere, hoc potes. Hoc igitur exerce, quod potes.

I. Dominus cujuſque eſt, qui eorum quæ is vult, aut non vult, poteſtatem habet, ut conferat, aut auferat. Quisquis igitur liber eſſe vult: nec velit quidquam, nec fugiat ex iis quæ in aliorum poteſtate exiſtunt, alioquin, ut ſerviat neceſſe eſt.

Caput XIV.

MEmento oportere te, tanquam in convivio, verſari. Aliquid quod circumfertur ad te devénit? extenta manu modeſtè percipe: Præterit? ne detineas: Nondum venit? ne adpetitum procul extende ſed expecta, donec ad te venerit. Sic erga liberos te gere; ſic erga uxorem; ſic erga magiſtratus; ſic erga divitias; eriſque aliquando dignus deorum conviva. Quod ſi vel propoſita tibi non capias, ſed deſpicias; tunc non tantùm conviva deorum eris, ſed & collega. Sic enim cum facerent Diogenes, & Heraclitus, atque his ſimiles, merito & divini erant, & vocabantur.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ιε.

Ο''Ταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημῦντος τέκνυ, ἢ ἀπολωλεκότος τὰ ἑαυῖῦ, πρόσεχε μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος, αὐτῦ τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔςω πρόχειρον· ὅτι τῦτον θλίβει, ὐ τὸ συμβεβηκός· ἄλλον γὰρ ὐ θλίβει· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τῦτου· μέχρι μέν τοι λόγυ, μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ· κἂν ὕτω τύχῃ, καὶ συνεπιςενάξαι. πρόσεχε μέν τοι, μὴ καὶ ἔσωθεν ςενάξῃς.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ις.


ΜΈμνησο ὅτι ὑποκριῖὴς εἶ δράματον, ὅιυ ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακρῦ· ἂν πῖωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ. ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην· σὸν γὰρ τῦτ᾽ ἐςὶ, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐῖὸ, ἄλλυ.

Caput XV.

CUm plorantem aliquem videris, in luctu, ob filium mortuum; aut quoniam a patria procul abest; aut sua amisit; cave ne te visum una abripiat, cum in malis ille sit externis: sed apud te distingue, ac dicere promtum esto: Non hunc torquet id quod accidit; quippe alium non torquet; sed quæ de illo est opinio. Ne tamen pigeat sermone tenus una cum ipso circumferri, & , si ita res tulerit, simul ingemiscere. Cave verò, ne etiam intrinsecus gemas.

Caput XVI.

MEmento te actorem esse, cujuscunque magister velit, fabulæ: si brevis est, brevis; si longa, longæ: si pauperem agere te velit, ut & hanc personam ingeniose agas; si claudum, si magistratum, si plebejum. Hoc quippe tuum est, datam personam benè agere; sed illam eligere, alterius.



ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ ιζ.

Κ'Ορὰξ ὅταν μὴ ἄισιον κράζῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε· ὅτι τύτων ὐδέν ἐμοὶ ἐπισημαίνεται, ἀλλὰ τῷ σωματίῳ μυ, ἢ τῷ κτησιδίῳ μυ, ἢ τῷ δοξαρίῳ μυ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· ἐμοὶ δὲ πάντα ἄισια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τύτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐςιν, ὠφεληθῆναι ὑπ' αὐτῦ.

ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ ιη.

Α'Νίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔςιν ἐπί σοι νικῆσαι

α. Ὅρα ὖν μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μέγα δυνάμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκιμῦντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡ ὐσία τῦ ἀγαθῦ ᾖ, ὔτε φθόνος, ὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. σὺ δὲ αὐτὸς ὐ ςρατηγὸς, ὐ πρύτανις, ἢ ὕπατος εἶναι θελήσεις, ἀλλ' ἐλεύθερος· μία δὲ ὁδὸς πρὸς τῦτο, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

Caput XVII.

Corvus cùm haud prosperè crocitarit, ne te visum corripiat; sed statim apud te distingue, ac dic: Horum mihi nihil portenditur; sed corpusculo meo; aut reculæ meæ; aut gloriolæ meæ; aut liberis; aut uxori. Quin mihi omnia prospera portenduntur, si ego velim. Quodcunque enim horum evenerit, in mea potestate est, ut ex iis utilitatem capiam.

Caput XVIII.

Invictus esse potes, si in nullum certamen descendas, quo in tua potestate non est vincere.

1. Vide igitur, ne, si quem honore, aut potentia evectum, aut aliter commendatum videris, illum beatum prædices a viso una abreptus. Si enim in iis, quæ in nostra potestate sunt, substantia boni est; nec invidia, nec æmulatio locum habebit. Tu autem ipse non imperator, non præfectus, aut consul esse velis, sed liber. Una autem via eò ducit, contemtus eorum quæ in nostra potestate non existunt.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ ιθ.

ΜΕ'μνησο, ὅτι ὐχ ὁ λοιδορῶν, ἢ τύπτων, ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τύτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν ὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴϑι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέϑισε. τοιγαρῦν ἐν πρώτοις πειρῶ ὑπὸ τῆς Φαντασίας μὴ συναρπασϑῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνυ καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτῦ.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κ.

ΘΑ'νατος, καὶ Φυγὴ, καὶ πάντα τὰ ἄλλα, τὰ δεινὰ Φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔςω σοι καθ' ἡμέραν. μάλιςα δὲ πάντων ὁ ϑάνατος. καὶ ὐδὲν ὐδέποτε ταπεινὸν ἐνϑυμήσῃ, ὔτε ἄγαν ἐπιϑυμήσεις τινός.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κα.

ΕἸ Φιλοσοφίας ἐπιϑυμεῖς, παρασκευάζυ αὐτοθεν, ὡς καταγελασϑησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σῦ πολλῶν, ὡς ἐρύντων. ὅτι ἄφνω Φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε. καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ χῇς. τῶν δὲ βελτίςων σοι Φαινομένων ὕτως ἔχυ, ὡς ὑπὸ τῦ ϑεῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐαν μὲν ἐμμένῃς τοῖς αὐτοῖς. οἱ καταγελῶντές σῦ πρότερον, ὗτοί σε

CAPUT XIX.

MEmento, non eum qui convitiatur, aut verberat, injuriam facere; ſed opinionem quæ de his eſt, tanquam facientibus injuriam. Cum igitur te aliquis irritarit, ſcito tuam te opinionem irritaſſe. Quare in primis tenta, ne a viſo una abripiaris. Si enim ſemel tempus & otium nactus fueris, facilius tuiipſius compos eris.

CAPUT XX.

MOrs, & exilium, omniaque, quæ terribilia videntur, ante oculos tibi quotidie ſunto, maximè verò omnium mors: neque quidquam unquam humile cogitabis, neque quidquam nimis cupies.

CAPUT XXI.

SI Philoſophiæ te amor tenet, ſtatim accingere tanquam ridiculus futurus, tanquam multi te naſo ſuſpenſuri ſint, ac dicturi: Repente philoſophus nobis rediit: &, Unde hoc nobis ſupercilium? Tu verò ne ſupercilium habe; ſed quæ tibi optima videntur, ita retine, tanquam qui a Deo in hunc ordinem ſis collocatus.

Me-

σε ὕςερον θαυμάσονlαι. ἐὰν δὲ ἡτlηθῇς αὐlῶν, διπλῦν πρoςλήψῃ καταγέλωτα.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κβ.

Ε'Α'ν ποlέ σοι γένηlαι ἔξω ςραφῆναι, πρὸς τὸ βύλεσθαι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔνςασιν. ἀρκῦ ὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βύλει, τῷ εἶναι σαυτῷ φαίνυ, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κγ.

ΟὟτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ ὐδεὶς ὐδαμῦ. εἰ γὰρ ἡ ἀτιμία ἐςὶ κακὸν, ὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι᾽ ἄλλον, ὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. μή τι ἐςὶν ὖν σὸν ἔργον, τὸ ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ παραληφθῆναι ἐφ᾽ ἑςίασιν; ὐδαμῶς. πῶς ὖν ἔτι τῦτ᾽ ἐςὶν ἀτιμία; πῶς δὲ ὐδεὶς ὐδαμῦ ἔσῃ, ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι, ἐν οἷς ἔξεςί σοι εἶναι πλείςυ ἀξίῳ; ἀλλά σοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονlαι. τί λέγεις τὸ ἀβοήθητοι; ὐχ ἕξυσι παρά συ ἀργύριον; ὐδὲ πολίτας ῥωμαίων αὐlὺς ποιήσεις; τίς ὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐςιν, ὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δῦναι

δύ-

Memento autem, ſi in illis perſeveres, eos qui te antea deridebant poſtea te admiraturos; at duplo majori riſu te exceptum iri, ſi illis vincaris.

Caput XXII.

SI quando ad externa te converti accidat, ut placere alicui velis, ſcito te instantiam perdidiſſe. Contentus igitur ſemper eſto, eo quod ſis philoſophus. Quod ſi etiam videri velis, eo quod ſis tibi videare, & ſatis erit.

Caput XXIII.

HÆ te cogitationes ne affligant: Ignobilis ego vivam, & nullius exiſtimationis uſquam. Si enim ignobilitas malum eſt, non potes in malo eſſe per alium, non magis quàm in turpi. Numquid ergo tuum opus eſt magiſtratum conſequi? aut, convivio accipi? Minimè. Quomodo ergo etiam ignobilitas hoc cenſeri poteſt? Quomodo etiam nullius exiſtimationes eris uſquam, quem in iis ſolis, quæ in tua poteſtate ſunt, aliquem eſſe oportet, in quibus tibi quantivis eſſe pretii licet? At amici ſine auxilio mihi relinquentur

tur

δύναται ἑτέρῳ, ἃ μὴ ἔχει αὐτός; κτῆσαι ὖν, φασὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν, ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιςὸν, καὶ μεγαλόφρονα, δεικνύετε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσωμαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐςε, καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βύλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον πιςον καὶ αἰδήμονα; εἰς τῦτο ὖν μοι μαλλον συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με πράσσειν ἀξιῦτε, ἀλλ' ἡ πατρίς, φησιν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, ἀβοήθητος ἔςαι. πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν; ςοὰς ὐχ ἕξει διὰ σὲ, ὔτε βαλανεῖα; καὶ τί τῦτο; ὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα· ὐδὲ ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. ἱκανὸν δὲ, ἂν ἕκαςος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιςὸν καὶ αἰδήμονα, ὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφέλεις; ναί. ὐκῦν ὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. τίνα ὖν, φησὶν, ἕξω χώραν ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα σεαυτὸν πιςὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖς βυλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιςος ἀποτελεσθείς.

KE-

tur. Quid vocas, ſine auxilio? Non habebunt a me pecuniam; nec cives Romanos eos faciam. Et quis tibi dixit, hæc ex iis eſſe quæ in noſtra poteſtate exiſtunt, ac non potius aliena opera? Quis autem alii dare poteſt quæ ipſe non habet? Compara igitur, inquiunt, ut & nos habeamus. Si poſſum comparare, meipſum verecundum ſervans ac fidum, & magnanimum, monſtrate viam, & comparabo. At ſi vos poſtulatis, ut meamet ego bona perdam, quò vos, quæ bona non exiſtunt, adquiratis, videte vos ipſi, quomodo iniqui ſitis & deſipientes. Utrum autem mavultis? pecuniamne, an amicum fidum & verecundum. In hoc ergo potius mihi opitulamini; non autem ea, quibus perdam iſtud me agere poſtulate. Sed patria, inquit quantum in mea poteſtate ſitum eſt, auxilio carebit. Rurſus, quod tu iſtud vocas auxilium? Porticus per me non habebit, nec balnea. Et quid hoc ad te? Neque enim calceos habet per fabrum ferrarium; neque arma per ſutorem. Sufficit, ſi ſuum quiſque munus expleat. At ſi alium quendam ipſi civem præparares. fidum & verecundum nihilne illam juvares? Ita verò. Quare nec tu ipſe inutilis ei fores. Quem igitur, inquit, locum in civitate tenebo? Quemcumque poſſis, ſimul fidum te, ac verecundum ſervans. Quod ſi dum illi prodeſſe

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κδ.

ΠΡοετιμήθη σε τὶς ἐν ἑςιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι ἐις συμβελίαν; ἐι μὲν ἀγαθὰ ταῦτ' ἐςὶ, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος· ἐι δὲ κακὰ, μὴ ἄχθε, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐ δύνασαι, μὴ ταυτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων ἀξιεσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινεντι; ἄδικος ἐν ἔσῃ, καὶ ἄπληςος, ἐι μὴ προιέμενος ταῦτα. ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βελήσῃ λαμβάνειν. ἀλλὰ πόσε πιπράσκονται θρίδακες; ὀβολε, ἂν ἔτω τύχῃ. ἂν ἐν τις προιέμενος τὸν ὀβολὸν. λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προιέμενος, μὴ λάβῃς, μὴ ὄιε ἔχειν ἔλαττον τε λαβόντος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, ἔτω σὺ τὸν ὀβολὸν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κἀνταῦθα. ἐ παρεκλήθης ἐφ' ἑςιασίν τινος; ἐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλεντι, ὅσε πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνε δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. δὸς ἐν τὸ διαφέρον, ἐι σοι λυσιτελεῖ. ὅσε πωλεῖται. ἐι δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληςος εἶ, καὶ ἀβέλτε-

desse vis hæc perdas, quam illi utilitatem adferes; qui impudens & infidus evasisti?

Caput XXIV.

PRælatus tibi aliquis est in convivio aut in salutatione, aut in adsumtione ad consilium? Si quidem hæc bona sunt gaudere te oportet, quod ille his sit potitus: Sin mala, ne doleas, te illa non adeptum. Memento autem, haud posse te, non eadem facientem ad consequenda illa quæ in nostra potestate non existunt, æqualia mereri. Quomodo enim tantundem habere potest, fores alicujus non frequentans quantum qui frequentat? non deducens, quantum qui deducit? non laudans, quantum qui laudat? Injustus igitur eris, atque inexplebilis, si hæc non tradens, quibus ista venduntur, gratis illa accipere velis. Sed quanti venduntur lactucæ? obolo fortassean. Si quis igitur, tradens obolum, lactucas capiat; tu autem non tradens, non accipias, haud minus eo qui accepit te habere putes. Ut enim ille lactucas habet; sic tu obolum non dedisti. Eodem modo & hic se res habet. Ad convivium alicujus non es vocatus? nimirum vocanti non dederas, quanti coena venditur. Atqui laudem eam vendit, ministerio vendit. Da igitur

Ἰερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δάπνου; ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κε.

ΤΟ' βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους· οἷον, ὅταν τοῦ γείτονος ἄλλο παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν καταγῇ, εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον ὅτε καὶ τὸ τοῦ ἄλλου κατεάγῃ. οὕτω μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα· τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθύς· οἴμοι, τάλας ἐγώ. ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κϛ.

Ω'Σπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται.

α. Ε'ι

tur pretium, si quidem tibi conducit quo venditur. Quod si illa tradere non vis, & hæc accipere, inexplebilis es & stolidus. Nihil igitur habes pro coena? Certè habes, quod non laudaris quem nolebas; quod ejus in ingressu insolentiam non toleràris.

CAPUT XXV.

NAturæ decretum addiscere ex iis licet, de quibus inter nos non disceptamus: ut, cum vicini poculum alius puer fregerit, promtum statim est dicere; Ex iis hoc est quæ fiunt. Scito igitur, cum & tuum fractum fuerit, talem te esse oportere, qualis eras cum alterius frangeretur. Hoc ad majora transfer. Alterius obiit filius, aut uxor? Nemo est, quin dicat; Humanum est. At cum suus cujusque obiit, statim; Hei mihi, me miserum! Oportebat autem meminisse, quomodo adfecti simus, cum de aliis idem audimus.

CAPUT XXVI.

QUemadmodum scopus aberrandi causa non ponitur; sic nec mali natura in mundo existit.

α. Εἰ μὲν τὸ σῶμά σε ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν· ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σαυτῆς ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ; τούτου ἕνεκα, ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό· εἰ δὲ μὴ, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις, μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ.

β. Θέλεις ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγὼ, νὴ τοὺς θεούς· κομψὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου. δεῖ σ' εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τεταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν. ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ, εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. ἔστι δ' ὅτε χεῖρα βαλεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν. ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα νικηθῆναι. ταῦτα πάντα ἐπισκεψάμενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. εἰ δὲ μὴ, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ, ἃ νῦν μεν παλαιστὰς παίζει, νῦν δὲ αὐλητὰς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· οὕτω καὶ σύ· νῦν μὲν ἀθλητὴς, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος· ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐδέν. ἀλλ' ὡς πίθηκος, πᾶσαν, ἐὰν ἴδῃς, μιμῇ, καὶ

ἄλλο

I. Si quis corpus tuum obvio concederet, indignareris: at quod mentem tuam cuivis concedis, ut cum convitiatur tibi, hæc turbetur, ac confundatur, non te pudet? Hac de causa cujusque operis antecedentia specta, & consequentia, & sic illud adgredere. Id nisi feceris, alacriter primum accedes, nihil de iis cogitans quæ consequentur. Postea verò, ubi turpia quædam adparuerint, desistes.

II. Vis Olympiis certaminibus vincere? Et ego, per Deos; gloriosum quippe est. Sed specta antecedentia, & consequentia; & sic opus adgredere. Oportet te ordine omnia agere; coactum edere; abstinere cupediis; ex necessitate exerceri, constitutâ horâ, in æstu, in frigore; frigidam non bibere, non vinum ut libuerit; ut verbo dicam magistro, tanquam medico, teipsum tradere oportet; deinde in certamen prodire: ubi aliquando manum elides, malleolum luxabis, multum pulveris degluties; interdum & flagris cæderis; post hæc denique omnia vinceris. His omnibus consideratis, si adhuc velis, ad athletas te confer: sin minus, puerorum instar circumageris, qui nunc luctatores lusu imitantur, nunc tibicines, nunc gladiatores; deinde tuba canunt, mox tragoedum agunt. Sic quoque tu, nunc athleta es, mox gladia-

ἄλλο ἐξ ἄλλȣ σοι ἀρέσκει. ȣ̓ γὰρ μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπί τι, ȣ̓δὲ περιοδεύσας. ἀλλ' εἰκῆ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. ȣ̔́τω θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκȣ́σαντες ȣ̔́τω τινὸς λέγοντος, ὡς εὐφράτης λέγει. καί τοι τίς ȣ̔́τω δύναται εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνος; θέλȣσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐςι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὴν σεαυτȣ̃ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαςάσαι. πένταθλος εἶναι βȣλεῖ, ἢ παλαιςής; ἴδε σεαυτȣ̃ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηρȣ̀ς, τὴν ὀσφῦν κατάμαθε. ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. δοκεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡς αὔτως δύνασαι ἐσθίειν, ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυςαρεςεῖν. ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ παιδαρίȣ καταφρονηθῆναι. ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ θέλεις ἀντικαταλλάξασθαι τȣ́των ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν. εἰ δὲ μὴ, πρόσεχε μὴ ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕςερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος καίσαρος γένῃ. ταῦτα ȣ̓ συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν εἶναι. ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτȣ̃, ἢ τὰ ἐκτός. ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ περὶ τὰ ἔξω. τȣτέςιν, ἢ φιλοσόφȣ ςάσιν, ἢ ἰδιώτȣ.

KA-

tor; nunc orator, deinde philoſophus; toto autem animo nihil; ſed tanquam ſimius, quodcunque videris, imitaris, aliudque ex alio tibi placet. Nec enim cum conſideratione ad aliquid veniſti, nec ut qui animo id perluſtrarit; ſed temere, & ex frigida cupiditate. Sic quidam, cum philoſophum viderunt, & aliquem audiverunt ita differentem, ut Euphrates differit; quanquam quis ita dicere poteſt? volunt & ipſi philoſophari. Homo, primum conſidera, cujuſmodi ſit res: deinde & naturam tuam inſpice, num ferre poſſis. Quinquertio eſſe vis, aut luctator? adſpice brachia tua, & femora; lumbos conſidera; aliud enim alii natura aptum exiſtit. Putaſne, te hæc facientem eodem modo poſſe edere, eodem modo bibere, ſimiliter faſtidire. Vigilare oportet, laborare, a familiaribus diſcedere, a ſervulo contemni; ubique inferiorem eſſe, in honore, in magiſtratu, in judicio, in omni negotiolo. Hæc verò conſidera, num pro his perturbationum vacuitatem, libertatem, tranquillitatem, permutare velis. Quod ſi nolis, cave, ne puerorum inſtar, nunc philoſophus, deinde publicanus, poſtea orator, denique Cæſaris procurator fias. Hæc inter ſe non conſonant. Unum te hominem, aut bonum, aut malum, eſſe oportet: aut principalem tui

 par-

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κζ.

ΤΑ' καθήκοντα, ὡς ἐπίπαν ταῖς χέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι. μήτι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης; οὔ. ἀλλὰ πρὸς πατέρα. ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι, κατὰ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις. ἐὰν τὰς χέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ κη.

Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεινό ἐστιν; ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως. καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πάθεσθαι αὐ-

partem te excolere oportet, aut externa: aut circa interiora occupari, aut circa exteriora; hoc eſt, aut philoſophi ſtatum habere, aut plebeji.

CAPUT XXVII.

OFficia in univerſum relationibus menſurantur. Pater eſt? Dictatur, curam ipſius eſſe agendam, cedendum ei in omnibus; ferendum eſſe ſi convitietur, aut verberet. Sed pater malus eſt. Numquid igitur bonum patrem natura tibi proprium dicavit? Non; ſed patrem. Frater injurius eſt? Serva igtur quam relationem ad ipſum obtines, nec ſpecta quid ille faciat, ſed quid tibi facturo propoſitum tuum ſecundùm naturam adfectum erit. Te quippe alius non lædet, niſi tu velis. Tunc autem læſus eris, cùm te lædi putaris. Si igitur a vicino, a cive, ab imperatore, officium invenies, ſi relationes conſiderare adſueveris.

CAPUT XXVIII.

PIetatis erga deos id præcipuum eſſe ſcito, rectas opiniones de illis habere, tanquam qui exiſtant, & univerſa bene ac juſte adminiſtrent: & ad hoc te ordinatum eſſe, ut illis pareas, & cedas in

αὐτοῖς, καὶ εἴκει ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολυθεῖν ἑκόντα ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίςης γνώμης ἐπιτελυμένοις. ὕτω γὰρ ὔτε μέμψη ποτὲ τοῖς θεοῖς, ὔτ' ἐγκαλέσεις, ὡς ἀμελύμϑυος. ἄλλως τε ἐχ οἷόν τε τῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποςῆς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν; καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακόν. ὡς ἄν γε τὶ ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃ ὧν θέλεις, καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλεις, μέμψασθαί σε, καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίυς. πέφυκε γὰρ πρὸς τῦτο πᾶν ζῶον, τα μὲν βλαβερὰ φαινόμϑυα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι. τὰ δὲ ὠφέλιμα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν, μετιέναι και τεθαυμακέναι. ἀμήχανον ὖν, βλάπτεσθαί τινα οἰόμϑυον, χαίρειν τῷ δοκῦντι βλάπτειν. ὥσπερ καὶ τὸ αὐτῇ τῇ βλάβῃ χαίρειν, ἀδύνατον. ἔνθεν καὶ πατὴρ ὑπὸ υἱῦ λοιδορεῖται, ὅταν τῶν δοκύντων ἀγαθῶν εἶναι, τῷ παιδὶ μὴ μεταδιδῷ. καὶ πολυνείκην καὶ ἐτεοκλέα τῦτο πολεμίυς ἀλλήλοις ἐποίησε, τὸ αγαθὸν οἴεσθαι τὴν τυραννίδα. διὰ τῦτο ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεὺς, διὰ τῦτο ὁ ναύτης, διὰ τῦτο ὁ ἔμπορος, διὰ τῦτο οἱ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἀπολλύντες. ὅπυ γαρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. ὥς τε ὅς τις ἐπιμελεῖται τῦ ὀρέγεσθαι ὡς δεῖ, καὶ ἐκκλίνειν, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ εὐσεβείας ἐπιμελεῖται. σπένδειν δὲ καὶ θύειν, καὶ καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάςοις προσήκει καθαρῶς, καὶ μὴ

omnibus quæ fiunt, eaque voluntarius sequaris, ut quæ optimo consilio perficiantur. Sic enim nec culpabis unquam deos, nec incusabis, quasi neglectus. Quod quidem aliter fieri nequit, quam si ab iis desistas, quæ in nostra potestate non sunt, & in iis solis, quæ sunt in nostra potestate, bonum ac malum ponas: adeò ut, si quid illorum bonum aut malum opineris, omnino necesse sit, cum iis excideris quæ velis, & in ea, quæ nolis, incideris, te culpare & odisse auctores. Ad hoc enim naturâ factum est omne animal, ut quæ nocentia videantur, eorumque causas, fugiat & aversetur: illa autem quæ prosunt, eorumque causas persequatur, & admiretur. Quare fieri nequit, ut, qui se lædi putet, eo, quod lædere videtur, gaudeat: sicut nec ipso detrimento gaudere ullo modo possumus. Hinc quoque pater convitiis e filio proscinditur, cum his, quæ bona esse videntur, filium non impertit. Et Polynicen atque Eteoclem hostili animo hoc inter se dissidere fecit, quod tirannidem bonum esse putarent. Propter hoc agricola deos execratur, propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter hoc qui uxores & liberos amisere. Ubi enim commodum ibi & pietas. Quare quisquis curat, ut sicut oportet, adpetat & declinet; hoc eodem

μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

ΚΕΦΑ´ΛΑΙΟΝ κθ.

Ὅταν μαντικῇ προσίῃς μέμνησο, ὅτι μὲν, ὡς ἀποβήσεται, οὐκ οἶδας· ἀλλὰ ἥκεις, ὡς ἀπὸ τοῦ μάντεως ἀποπευσόμενος. ὁποῖον δὲ τί ἐστιν, ἐλήλυθας εἰδὼς, εἴπερ εἶ φιλόσοφος. εἰ γὰρ ἐστί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, πᾶσα ἀνάγκη μήτε ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, μήτε κακόν. μὴ φέρε οὖν πρὸς τὸν μάντιν, ὄρεξιν, ἢ ἔκκλισιν· εἰ δὲ μὴ, τρέμων αὐτὸν πρόσει. ἀλλὰ διεγνωκὼς, ὅτι πᾶν ἀποβησόμενον, ἀδιάφορον, καὶ οὐδὲν πρὸς σὲ, ὁποῖον δ' ἂν ᾖ. ἔσται γὰρ αὐτῷ χρήσασθαι καλῶς, καὶ τοῦτο οὐδεὶς κωλύσει. θαῤῥῶν οὖν, ὡς ἐπὶ συμβούλους ἔρχου τοὺς θεούς. καὶ λοιπὸν, ὅταν τι συμβουλευθῇ, μέμνησο τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ τίνων παρακούσῃς ἀπειθήσας. ἔρχου δὲ ἐπὶ τὸ μαντεύεσθαι, καθάπερ ἠξίου Σωκράτης, ἐφ' ὧν ἡ πᾶσα σκέψις τὴν ἀναφορὰν εἰς τὴν ἔκβασιν ἔχει, καὶ οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον. ὥστε ὅταν δέῃ συγκινδυνεῦσαι φίλῳ, ἢ πατρίδι, μὴ μαντεύεσθαι, εἰ συγκινδυνευτέον. καὶ γὰρ ἂν προείπῃ σοι ὁ μάντις,

pietatis quoque curam habet. Libare autem & ſacrificare, & primitias offerre, ſecundum ritûs patrios omnibus convenit, purè & non ſordidè, nec negligenter; nec parcè, nec ſupra facultates.

Caput XXIX.

Cum ad vatem accedis, memento ignorare te, quem eventum res habitura ſit; venire autem, ut ex vate hoc audias. At, quale id ſit quod eventurum eſt, ſciebas, ſi quidem philoſophus es, cùm accederes. Si enim aliquid ex iis ſit, quæ in noſtra poteſtate non exiſtunt, neceſſe omnino eſt, neque bonum id eſſe, neque malum. Ad vatem igitur adpetitionem, aut declinationem, ne adferas: alioqui tremens eum accede: ſed cum certo noris, quidquid eventurum eſt, indifferens eſſe, & nihil ad te attinere: eo enim bene uti licebit, neque hoc quiſquam vetabit: idcirco confidens ad deos, tanquam conſiliarios, adi. Cæterum ubi aliquid conſultum fuerit, memento quos conſiliarios adſumſeris, & quibus inobediens futurus ſis, ſi non parueris. De his autem vatem conſulturus veni, de quibus omnis conſultatio relationem habet ad eventum, cum nec ex ratione, nec ex ulla arte occaſiones dantur ad cognoſcendum id quod pro-

λις, φαῦλα γεγονέναι τὰ ἱερὰ, δῆλον ὅτι ὁ θάνατος σημαίνεται, ἢ πήρωσις μέρυς σώματος, ἢ φυγή. ἀλλ᾽ ἔνι λόγος, καὶ σιὼ τύτοις παρίςαται τῷ φίλῳ, καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. τοιγαρῦν τῷ μείζονι μάντει πρόςεχε, τῷ πυθίῳ, ὃς ἐξέβαλε τῦ ναῦ, τὸν ὁ βοηθήσαντα ἀναιρυμένῳ τῷ φίλῳ.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λ.

ΤΑ'ξον τινὰ ἤδη χαρακῆρα σαυτῷ, καὶ τύπον, ὃν φυλάξεις ἐπί τε σεατῦ ὢν, καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνων.

α. Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔςω. ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι᾽ ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε καιρῦ παρακολυθῦντος, ἐπὶ τὸ λέγειν τι ἥξομεν, ἀλλὰ περὶ ὐδενὸς τῶν τυχόντων· μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ περὶ ἱπποδρομίων, μὴ περὶ ἀθλητῶν, μὴ περὶ βρωμάτων, ἢ πομάτων, τῶν ἑκαςαχῦ λεγομένων. μάλιςα δὲ, μὴ περὶ ἀνθρώπων λέγοντες, ἢ ἐπαινῦντες, ἢ συγκρίνοντες.

β. Α'ν μὲν ὖν οἷός τε ἦς, μέταγε τοῖς σοῖς λόγοις τοὺς τῶν σιωόντων ἐπὶ τὸ προσῆκον.

proponitur. Quare, quando una cum amico, aut patria, periculum ſubeundum, vates non eſt conſulendus, num periculum una ſubeundum ſit. Etenim ſi tibi vates dixerit, prava fuiſſe ſacra, manifeſtum, aut mortem ſignificari, aut membri alicujus truncationem, aut exilium. Ratio autem adeſt, etiamſi hæc eventura ſint, cum amico, aut patria ſubeundum eſſe periculum. Ideoque majorem vatem, Pythium, attende qui illum e templo ejecit, qui amico, cum interficeretur, opem non tulerat.

Caput XXX.

Conſtitue jam tibi figuram aliquam, & formam, quam, cum & ſolus es, & cum homines convenis, obſerves.

I. Et quidem ſilentium tene plurimum; aut neceſſaria loquere, & paucis. Raro autem, occaſione quandoque invitante ad dicendum aliquid veniemus: verum non de quibuſvis rebus; non de gladiatoribus non de ludis Circenſibus, non de athletis, non de cibis aut potionibus, quæ vulgo in ſermonem veniunt; maxime autem nihil de hominibus dicemus, aut laudando illos, aut inter ſe comparando.

II. Si igitur poſſis, ſermonibus tuis illorum qui tecum ſunt ſermones ad de-

cen-

κον. εἰ δὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολειφθεὶς τύχοις, σιώπα.

γ. Γέλως μὴ πολὺς ἔςω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀναμένος.

δ. Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν. εἰ δὲ μὴ, ἐν τῶν ἐνόντων.

ε. Ἑςιάσεις τὰς ἐξωτικὰς, καὶ ἰδιωτικὰς, διακρέυε. ἐὰν δὲ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι ἡ προσοχὴ, μήποτε ἄρα ὑποῤῥυῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ, ὅτι ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συνανατριβόμενον αὐτῷ, μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός.

ς. Τὰ περὶ τὸ σῶμα, μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς παραλάμβανε. οἷον, τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνην, οἰκίαν, οἰκετίαν. τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ἅπαν περίγραφε.

ζ. Περὶ ἀφροδίσια, εἰς δύναμιν, πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νόμιμόν ἐςι, μεταληπτέον. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς χρωμένοις, μηδὲ ἐλεγκτικός, μηδὲ πολλαχοῦ τὸ, ὅτι αὐτῷ οὐ χρῆ, παράφερε.

η. Ἐάν τίς σοι ἀπαγγείλῃ, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα· ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προσόντα μοι κακὰ, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.

θ.

centem modum traducito. Quod si inter extraneos derelictus fueris tace.

III. Risus neque multus sit neque ob multa, neque solutus.

IV. Jusjurandum recusa, si fieri potest, prorsus: sin minus, super quibuslibet rebus.

V. Convivia extranea & vulgaria respue. Quod si quando tempus incidat, attentio tibi excitetur, ne in vulgarem statum prolabaris. Scias enim, si socius pollutus fuerit etiam conversantem cum eo pollui necesse esse, quamvis hic purus fuerit.

VI. Ea quæ ad corpus pertinent, ad nudum usum adsume: ut, cibos, potum, vestitum, domum, familiam. Id autem omne, quod ad ostentationem, aut delicias pertinet, circumscribe.

VII. Circa rem veneream, quantum fieri potest, ante nuptias purum esse oportet: qui autem hanc attingit, prout lege constitutum est, percipere debet. Ne iis tamen molestus utentibus, neque eos redarguas; neque sæpius objice, te non uti.

VIII. Si quis tibi nunciet: Hic tibi maledicit; ne refuta ea quæ dicta sunt, sed responde: Ignorabat enim cætera quæ mihi adsunt vitia, alioqui non sola hæc dixisset.

θ. Ε'ις τὰ θέατρα τὸ πολὺ πέριέναι, οὐκ ἀναγκαῖον. ἐι δέ ποτε καιρὸς ἔν, μηδενὶ σπεδάζων φαίνη ἢ σεαυτῷ· τυτέςι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾷν τὸ νικῶντα. ὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ τῦ ἐπιγελᾷν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελῶς ἀπέχυ. καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι, μὴ πολλὰ περὶ τῶν γενομένων διαλέγυ, ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. ἐμφαίνεται γὰρ ἐκ τυ τοιύτυ, ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν.

ι. Ε'ις ἀκροάσεις τινῶν μὴ ἧκε. μηδὲ ῥᾳδίως πάριθι. παριὼν δὲ, τὸ σεμνὸν, καὶ ἐυςαθὲς, καὶ ἅμα ἀνεπαχθὲς φύλασσε.

ια. Ο'τάν τινι μέλλῃς συμβάλλειν, μάλιςα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκύντων, πρόβαλε σαυτῷ τί ἂν ἐποίησεν ἐν τύτῳ σωκράτης, ἢ ζήνων· καὶ οὐκ ἀπορήσεις, τῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι.

ιβ. Ο ταν φοιτᾷς πρός τινα τῶν μέγα δυναμένων, πρόβαλε, ὅτι ὐχ ἐυρήσεις ἀυτὸν ἔνδον, ὅτι ἀπεκλέισθη, ὅτι ὐκ ἀνοιχθήσονταί σοι αἱ θύραι, ὅτι ὐ φροντιεῖ συ· κἂν σὺν τύτοις ἐλθεῖν καθήκῃ, φέρε τὰ γινόμενα, καὶ μηδέποτε ἔπῃς ἀυτὸς πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἦν τοσύτυ. ἰδιωτικὸν γὰρ, καὶ διαβεβλημένυ πρὸς τὰ ἐκτός.

IX. In theatra sæpe prodire, non est necesse. Quod si quando tempus incidat, nulli studere videaris præterquam tibi; hoc est, velis fieri sola ea quæ fiunt, & vincere solum qui vincit. Sic enim non impedieris. Adclamatione autem, & risu super aliqua re, aut diuturniore commotione; penitus abstine. Et postquam discessisti, multa de iis quæ facta sunt ne differe, quæ ad tui correctionem non conducunt. Ex eo enim adparet, admirationi tibi fuisse spettaculum.

X. Ad recitationes aliquorum ne accede, nec facile prodi. Quod si prodeas, gravitatem ac constantiam serva; ac simul vide, ne cui sis molestus.

XI. Conventurus aliquem, eorum maximè qui eminere videntur, tibiipsi propone, quid in hoc fecisset Socrates, aut Zeno: nec incertus hærebis, quomodo convenienter eo quod inciderit utaris.

XII. Cum adieris aliquem eorum qui magna possunt, propone tibi, fieri posse ut intus ipsum non invenias, ut excludaris, ut fores tibi non aperiantur, ut nullam tui rationem habeat. Quod si cum his venire officii tui sit, fer ea quæ fiunt, nec unquam ipse tibi dicas: Non erat ille tanti. hoc quippe plebejum est, & hominis ad externa abjecti.

ιγ. Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέςω, τὸ τινὰ τῶν ἑαυτȣ̃ ἔργων, ἢ κινδύνων, ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. ȣ̓ γὰρ ὡς σοὶ ἡδύ ἐςι τὸ τῶν σῶν κινδύνων μεμνῆσθαι. ȣ̓́τω καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδύ ἐςι τὸ τῶν σοὶ συμβεβηκότων ἀκȣ́ειν.

ιδ. Ἀπέςω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, καὶ ἅμα ἱκανὸς τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς τῶν πλησίον ἀνιέναι.

ιε. Ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. ὅταν ὂν τι συμβῇ τοιȣ̃τον, ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ, ἐπίπληξον τῷ προελθόντι. εἰ δὲ μὴ, τῷ γε ἀποσιωπῆσαι, καὶ ἐρυθριᾶσαι, καὶ σκυθρωπῆσαι, δῆλος γίνȣ δυσχεραίνων τῷ λόγῳ.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λα.

Ἐ'Αν ἡδονῆς τινος φαντασίαν λάβῃς, φύλασσε σαυτὸν, μὴ συναρπασθῇς ὑπ' αὐτῆς. ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀναβολήν τινα παρὰ σεαυτȣ̃ λάβε. ἔπειτα μνήσθητι ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὃν τε ἀπολαύσεις τῆς ἡδονῆς, καὶ καθ' ὃν ἀπολαύσας, ὕςερον μετανοήσεις. καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορή-

XIII. In congressibus absit, ut quædam tuorum operum, aut periculorum, frequenter & immodicè memineris. Non enim, quemadmodum tibi periculorum tuorum meminisse jucundum est; ita & aliis jucundum est, ea quæ tibi acciderint audire.

XIV. Absit etiam, ut risum moveas. Lubricus enim hic locus est, quo in plebejam consuetudinem labaris, & simul solus potest proximorum erga te verecundiam remittere.

XV. Periculosum quoque est, ad sermonis obscœnitatem progredi. Cum igitur hujusmodi aliquid acciderit, si quidem tempestivum sit, increpa eum qui in obscœnitatem progressus est: quod si non possis, at conticendo, & erubescendo, & supercilium contrahendo, manifestum sit, te sermonem istum moleste ferre.

Caput XXXI.

SI voluptatis cujuspiam imaginem animo concipias, serva teipsum, ne ab ipsa una abripiaris: sed expectet te res ista, & moram aliquam a te capе. Deinde memento utriusque temporis, tum illius quo voluptate frueris, tum alterius, quo postquam fructus es, pœnitentia deinde duceris,

ρήσεις, καὶ τούτοις ἀντίθες, ὅπως ἀποσχόμενος χαιρήσεις, καὶ ἐπαινέσεις αὐτὸς σεαυτόν. ἂν δέ σοι καιρὸς φανῇ ἅψασθαι τοῦ ἔργου, πρόσεχε μὴ νικήσῃ σε τὸ προσηνὲς αὐτοῦ, καὶ ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν. ἀλλ' ἀντιτίθει, πόσῳ ἄμεινον τὸ συνειδέναι σαυτῷ ταύτην νίκην νενικηκότι.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λβ.

ΟΤάν τι, διαγνοὺς ὅτι ποιητέον ἐστὶ, ποιῇς, μηδέποτε φύγῃς ὀφθῆναι πράσσων αὐτὸ, κἂν ἀλλοῖόν τι οἱ πολλοὶ μέλλωσι περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνειν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε· εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λγ.

ΩΣ τὸ, ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν. πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον, ἀπαξίαν. οὕτω καὶ τῶν παρακειμένων τὰ μείζω ἐλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην ἔχει ἀξίαν. πρὸς δὲ τὸ κοινὸν ἐν ἑστιάσει, οἷον δεῖ, φυλάξαι, ἀπαξίαν ἔχει. ὅταν οὖν συνεσθίῃς ἑτέρῳ, μέμνησο. οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ σῶμα ἀξίαν τῶν παρακειμένων ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἑστιάτορα οἵαν δεῖ φυλαχθῆναι.

tis, & ipſe te increpabis. Atque his oppone, quomodo, ſi abſtinueris, gaviſurus ſis, & ipſe te laudaturus. Si autem tempus tibi viſum fuerit opus adgrediendi; cave ne te vincant ejus blanditiæ, & ſuavitates, & illecebræ: Sed oppone, quanto ſatius ſit conſcire ſibi hanc victoriam adepto.

Caput XXXII.

Cum facis aliquid, quod faciendum judicaſti, nunquam fugias conſpici id faciens; etiamſi aliud quidpiam de eo multi opinaturi ſint. Si enim non rectè id facis, ipſum opus fuge: ſin rectè, quid metuis non rectè reprehendentes.

Caput XXXIII.

Quemadmodum hoc: Aut dies eſt, aut nox eſt; ad disjunctum magnam habet dignitatem; ad conjunctum autem, indignitatem. Sic etiam, ex adpoſitis majorem partem capere, magnam quidem erga corpus habet dignitatem; ad ſervandam autem, qualem oportet, in convivio communionem, indignitatem habet. Cum igitur cum alio convivaris, memento, non tantum adpoſitorum erga corpus dignitatem

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λδ.

ΕΆν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τέτῳ ἠσχημόνησας· καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λε.

ΕΝ τῷ περιπατεῖν καθάπερ προσέχεις, μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ ςρέψῃς τὸν πόδα σε· ὕτω πρόσεχε, μὴ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτᾶ. καὶ τῦτ' ἂν ἐφ' ἑκάςᾳ ἔργᾳ παραφυλάσσωμεν, ἀσφαλέςερον ἀψόμεθα τᾶ ἔργᾳ.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λς.

ΜΕ'τρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάςῳ, ὡς ὁ πὺς ὑποδήματος. ἐαν μὲν ὖν ἐπὶ τέτοις ςῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐαν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνᾶ λοιπὸν ἀνάγκη σε φέρεσθαι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τᾶ ὑποδήματος, ἐαν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς, γίνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυρᾶν, εἶτα κεντητόν. τᾶ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον ὅρος ὐθείς ἐςιν.

KE-

ſpectare; ſed etiam, qualem oporteat dignitatem erga convivatorem ſervari.

Caput XXXIV.

SI qua perſona ſupra vires ſuſcepta, indecore te in ea geſſiſti; etiam quam perſonam ſuſtinere potuiſſes, omiſiſti.

Caput XXXV.

IN ambulando quemadmodum caves, ne clavum calces, aut pedem tuum luxes: ſic cave, ne quoque principalem tui partem lædas. Et hoc ſi in quovis opere obſervaverimus, cautius opus adgrediemur.

Caput XXXVI.

MOdus poſſeſſionis unicuique corpus eſt, ſicut pes calcei. Si igitur in his conſiſtas, modum ſervabis; ſin ea tranſieris, tanquam per præceps poſtea te ferri neceſſe eſt. Quemadmodum & circa calceum uſu venit; ſi pedis modum tranſieris, fit ille deauratus, poſtea purpureus, deinde interpunctus. Illius enim, quod ſemel modum exceſſit, nullus eſt terminus.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λζ.

Αἱ γυναῖκες, εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν, ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλῦνται. τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν ὐδὲν αὐταῖς πρόσεσι, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, καὶ ἐν τύτῳ πασας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. προσέχειν ὖν ἄξιον, ἵνα αἰσθωνται, διότι ἐπ' ὐδενὶ αλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι, και αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ.

α. Α'φυΐας σημεῖον, τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα. οἷον, ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, ὀχεύειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον· περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔςω ἐπιςροφή.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ λη.

Ο῞Τάν τις κακως τι ποιῇ, ἢ κακὸς σε λέγῃ, μέμνησο, ὅτι καθέκειν αὐτῷ οἰόμϑνος, ποιεῖ, ἢ λέγει. ὐχ οἷόν τε ὖν ἀκολυθεῖν αὐτὸν τῷ σοὶ φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ ἑαυτῷ ὥςτε εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται, ὅς τις καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον, ἄν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, ὐτὸ συμπεπλεγμένον βλάπτεται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. ἀπὸ τύτων ὖν ὁρμώμϑνος,

πράως

Caput XXXVII.

MUlieres ſtatim a quartodecimo anno a viris dominæ vocantur. Videntes igitur, nihil aliud ſibi adeſſe, præterquam cum viris concumbere, ornare ſe incipiunt, & in hoc ſpes habere omnes. Operæ ergo pretium eſt ſtudere, ut ſentiant, non ob aliud quidquam honorem ſibi haberi, quam quod decoræ videantur, & verecundæ in pudicitia.

I. Nullius ingenii ſignum eſt, corporis ſtudio immorari; ut exerceri diu, edere diu, diu bibere, diu cacare, coire. Sed obiter hæc ſunt facienda: circa mentem autem omnis tua ſit animadverſio.

Caput XXXVIII.

CUm quid male quiſpiam facit, aut tibi maledicit, memento, illum ſuo ſe officio fungi arbitrantem, facere, aut dicere. Non poteſt ergo fieri, ut ille, quod tibi videtur, ſequatur; ſed, quod ſibiipſi. Quare ſi male hoc ipſi videtur, ipſe læditur, qui & deceptus eſt. Etenim verum conjunctum ſi quiſquam falſum arbitretur, non conjunctum læditur, ſed qui eſt deceptus. Si igitur ab his impetus tuus feratur, leniter

da-

πράως ἕξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα. ἐπιφθέγξῃ γὰρ ἑκάστῳ, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ λθ.

ΠΑ͂ν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς. τὴν μὲν φορητήν. τὴν δὲ ἀφόρητον. ὁ ἀδελφὸς ἐὰν ἀδικῇς, ἐντεῦθεν αὐτὸ μὴ λάμβανε, ὅτι ἀδικεῖ. αὕτη γὰρ ἡ λαβή ἐστιν αὐτοῦ ἡ φορητή. ἀλλ' ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς, ὅτι σύντροφος. καὶ λήψη αὐτὸ, καθ' ὃ φορητόν ἐστιν.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ μ.

ΟὟτοι δὲ οἱ λόγοι ἀσύνακτοι. ἐγώ σου πλουσιώτερός εἰμι. ἐγώ σου ἄρα κρείσσων. ἐγώ σου λογιώτερος. ἐγώ σου ἄρα κρείσσων. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνακτοί. ἐγώ σου πλουτώτερος, σι ἐμὴ ἄρα λέξις τῆς σῆς κρείσσων. σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ μα.

ΛΟύεταί τις ταχέως; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι ταχέως. πίνει τις πολὺν οἶνον; μὴ εἴπῃς, ὅτι κακῶς, ἀλλ' ὅτι πολύν.

πρὶν

affectus eris erga convitiantem. Quare cuique rei verbis subjice; visum est ipsi.

CAPUT XXXIX.

UNaquæque res duas habet ansas: unam, qua ferri potest; alteram, qua ferri non potest. Frater si injurius sit; inde hanc rem ne prende, quod injurius est; hæc enim ipsius ansa est, qua ferri nequit: sed inde potiùs, quod frater est, quod tecum educatus. & prendes eam qua parte ferri potest.

CAPUT XL.

HÆ orationes tales sunt, quæ colligi non possint: Ego sum ditior te; ergo sum te melior: ego sum facundior te; ergo sum te melior. Sed istæ magis colligi possunt: Ego sum ditior te; mea igitur possessio, quam tua, melior est: ego te facundior; mea igitur dictio, quam tua melior. Tu autem nec possessio es, nec dictio.

CAPUT XLI.

LAvat quis cito? ne dicas, male; sed, cito. Bibit quis multum vini? ne dicas, male; sed multum. Priusquam enim

πρὶν γὰρ διαγνῶναι τὸ δόγμα, πόθεν οἶσθα, εἰ κακῶς; οὕτως οὖν συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μβ.

ΜΗδαμοῦ σεαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων. οἷον, ἐν συμποσίῳ μὴ λέγε, πῶς δεῖ ἐσθίειν. ἀλλ' ἔσθιε, ὡς δεῖ. μέμνησο γὰρ, ὅτι οὕτω καὶ σωκράτης πανταχόθεν ἀφῃρήκει τὸ ἐπιδεικτικόν. ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ' αὐτοῦ συςαθῆναι. κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς. οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος. ὥστε κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, σιώπα τὸ πολύ· μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, εὐθὺς ἐξεμέσαι, ὃ οὐκ ἔπεψας. καὶ ὅταν εἴπῃ σοι τὶς, ὅτι οὐδὲν οἶσθα, κἀὶ σὺ μὴ δηχθῇς, τότ' ἴσθι, ὅτι ἦρξω τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα, οὐ χόρτον φέροντα, τοῖς ποιμέσιν ἐπιδείκνυει, πόσον ἔφαγεν. ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα, ἔρια ἔξω φέρει, καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα.

nim dijudicaris istam opinionem, unde nosti, num male? Sic igitur tibi accidet, alia quidem visa, quae comprehendi possunt, comprehendere; aliis autem rebus adsentire.

CAPUT XLII.

Nusquam teipsum dic philosophum, nec loquere multum inter rudes de theorematis. Velut, in convivio ne dic, quomodo oporteat edere; sed ede, sicut oportet. Memento enim, sic quoque Socratem unde cunque sustulisse ostentationem. Veniebant ad ipsum, qui philosophis ab ipso commendari vellent; atque ipse illos abduxit. sic contemni sustinebat. Quare si apud rudes de theoremate sermo incidat, tace plurimum. Magnum quippe periculum est, ne statim evomas; quod non concoxeris. Et si quis tibi dixerit, nihil te scire, nec tamen tu mordearis; tunc scito te opus inchoasse. Quandoquidem & oves, non fœnum evomentes, pastoribus monstrant, quantum comederint; sed pabulo intus concocto, lanas atque lac proferunt. Et tu igitur, ne rudibus theoremata ostende, sed ab his concoctis, opera.

CA-

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ μγ.

Ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ἦς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζε ἐπὶ τέτω. μηδ', ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε, ὅτι ὕδωρ πίνεις. κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλῃς σεαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω. μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε. ἀλλὰ διψῶν ποτε σφοδρῶς, ἐπίσπασαι ψυχρε ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ μδ.

Ἰδιώτε στάσις, καὶ χαρακτὴρ· ἐδέποτε ἐξ ἑαυτε προσδοκᾷν ὠφέλειαν, ἢ βλάβην. ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. φιλοσόφε στάσις, καὶ χαρακτὴρ. πᾶσαν ὠφέλειαν, καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτε προσδοκᾷν.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ με.

Σημεῖα προκόπτοντος. ἐδένα ψέγει, ἐδένα ἐπαινεῖ, ἐδένα μέμφεται, ἐδενὶ ἐγκαλεῖ, ἐδὲν περὶ ἑαυτε λέγει, ὡς ὄντος τινὸς, ἢ εἰδότος τί. ὅταν ἐμποδισθῇ τι, ἢ κωλυθῇ. ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ· κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τε ἐπαινεντος αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ. κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται. περίεισι δὲ, καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβέμενός τι κινῆσαι τῶν κα-

Caput XLIII.

Cum perfectè composito fueris corpore ne tibi ob id place; nec, si aquam bibas ex quavis occasione dic; aquam bibo. Quod si quando ad laborem te exercere velis tibiipsi, & non externis; ne statuas amplectere. Sed si quando vehementer sitieris, frigidam haustam exspuito, ac nemini dicito.

Caput XLIV.

Plebeji status, & figura: nunquam a seipso expectare emolumentum, aut detrimenrum; sed ab externis. Philosophi status, & figura: omne emolumentum, & detrimentum expectare a seipso.

Caput XLV.

Signa proficientis sunt: Neminem vituperat, neminem laudat, de nemine queritur, neminem incusat; nihil de seipso dicit, ut qui aliquis sit, & aliquid sciat. Cum in re quapiam impeditur, aut prohibetur, seipsum incusat. Et si quis ipsum laudet, ridet laudantem ipse secum; & si vituperet, non se purgat. Circumit autem

καθιςαμένων. πρὶν πῆξιν λαβεῖν. ὄρεξιν ἅπασαν ἦρκεν ἀφ᾽ ἑαυτῆ. τὴν δ᾽ ἔκκλισιν εἰς μόνα τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν μετατέθεικεν. ὁρμῇ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένῃ χρῆται. ἐὰν ἠλίθιος ἢ ἀμαθὴς δοκῇ, ἐ πεφρόντικεν. ἑνί τε δὲ λόγῳ, ὡς ἐχθρὸν αὐτὸν παραφυλάσσει, καὶ ἐπίβελον.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ μϛ.

Ο"Τάν τις, ἐπὶ τῷ νοεῖν, ἐξηγεῖσθαι δύναθαι τὰ χρυσίππε, σεμνύνηται, λέγε αὐτὸς πρὸς σαυτὸν, ὅτι εἰ μὴ χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, ἐδὲν ἂν εἶχεν ἔτος, ἐφ᾽ ᾧ σεμνύνηται. ἐγὼ δὲ τί βέλομαι; καταμαθεῖν τὴν φύσιν, καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι. ζητῶ ἒν, τίς ἐςιν ὁ ἐξηγέμενος; καὶ ἀκέσας, ὅτι χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν. ἀλλ᾽ ἐ νοῶ τὰ γεγραμμένα. ζητῶ ἒν τὸν ἐξηγέμενον. καὶ μέχρι τέτων ἔτω σεμνὸν ἐδέν. ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγέμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις. τῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐςιν. ἂν δὲ αὐτὸ τῦτο ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τὶ ἄλλο ἢ γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ φιλοσόφε; πλήν γε δὴ, ὅτι ἀντὶ ὁμήρε, χρύσιππον ἐξηγέμενος. μᾶλλον ἒν, ὅταν τις ἔπῃ μοι. ἐπανά-

tem infirmorum instar, metuens ne quid eorum, quæ consistunt, moveat, priusquam solidetur. Adpetitionem omnem a seipso sustulit: declinationem autem ad sola ea transtulit, quæ, contra naturam existentia, in nostra sunt potestate. Impetu ad omnia remisso utitur. Num fatuus, aut indoctus videatur, non curat. & ut uno dicam verbo, tanquam hostem, seipsum observat, & tamquam insidiatorem.

Caput XLVI.

SI quis eo, quod intelligat, & explicare possit Chrysippi libros, glorietur, ipse tibi dic: Nisi obscure scripsisset Chrysippus, nihil hic haberet, quo gloriaretur. Ego autem quid volo? Condiscere naturam, & hanc sequi. Et cum audiero, Chrysippum esse, ad ipsum venio. Sed non intelligo scripta. Quæro igitur explicatorem: atque hactenus quidem præclari nihil. Ubi autem explicatorem invenero, reliquum est, ut iis quæ sunt præcepta. id quod solùm præclarum est. Si autem ipsam illam explicationem admiratus fuero, quid aliud quam grammaticus philosophi loco evasi: nisi quod pro Homero Chrysippum explico. Potius igitur, cum quis mihi dixerit; Præ-

νάγνωθί μοι χρύσιππον, ἐρυθριῶ, ὅταν μὴ δύνωμαι ὅμοια τὰ ἔργα, καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μζ.

Ὅσα προτίθεται, τούτοις, ὡς νόμοις, ὡς ἀσεβήσων ἂν παραβῇς, ἔμμενε. ὅ, τι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπιστρέφου. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτ' ἔστι σόν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μη.

Εἰς ποῖον οὖν χρόνον ἀναβαλῇ, τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν σεαυτὸν, καὶ ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν διαιροῦντα λόγον; παρείληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, καὶ συμβέβληκας; ποῖον οὖν ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιῆσαι τὴν σεαυτοῦ; οὐκ ἔτι εἶ μειράκιον, ἀλλ' ἀνὴρ ἤδη τέλειος. ἂν τείνων ἀμελήσῃς, καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις ἐξ ὑπερθέσεων ποιῇς, προθέσεις ἐκ προθέσεων, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ, λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας· ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις καὶ ζῶν καὶ ἀποθνήσκων. ἤδη οὖν ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, καὶ προκόπτοντα. καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος· κἂν ἐπίπονόν τι ᾖ ἡδύ· ἢ ἔνδοξον, ἢ ἄδο-

lege mihi Chysippum; erubesco, quando similia verbis facta, & consona, ostendere non possum.

Caput XLVII.

Quæcunque proponuntur, in his, velut legibus observandis, persevera; tanquam impius futurus, si transgrediaris. Quodcunque autem de te quis dixerit, id ne cures. Hoc enim non amplius tuum est.

Caput XLVIII.

In quod ergo tempus differes, optimis te ipsum dignari, & in nullo orationem dividentem violare. Accepisti theoremata, ad quæ te adplicare debebas: iisne te adplicuisti? Qualem igitur adhuc doctorem expectas, ut in adventum ejus differas tui correctionem instituere? Non amplius es adolescens, sed vir jam perfectus. Si igitur negligens sis, & desidiosus, & semper moram ex mora facias, propositum ex proposito, & dies alios post alios constituas, post quos tibiipsi attendes, ignorabis te non proficere; sed plebejus permanebis, & vivens, & moriens. Jam igitur hoc te dignare, ut vivas tanquam perfectus, & proficiens: & quodcunque tibi optimum vide-

 tur,

ἄδοξον, προσάγηται, μέμνησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ἤδη πάρεστι τὰ ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι· καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται. σωκράτης οὕτως ἀπετελέσθη ἐπὶ πάντων προσάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων, ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ εἰ καὶ μήπω εἶ σωκράτης, ὡς σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ μθ.

Ὁ πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος ἐστὶν ἐν Φιλοσοφίᾳ, ὁ τῆς χρήσεως τῶν θεωρημάτων· οἷον, ὁ τοῦ μὴ ψεύδεσθαι. ὁ δεύτερος, ὁ τῶν ἀποδείξεων· οἷον, πόθεν, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι. τρίτος, ὁ αὐτῶν τούτων βεβαιωτικὸς, καὶ διαρθρωτικός· οἷον, πόθεν, ὅτι τοῦτο ἀπόδειξις. τί γάρ ἐστιν ἀπόδειξις; τί ἀκολουθία; τί μάχη; τί ἀληθές; τί ψεῦδος; οὐκοῦν ὁ μὲν τρίτος τόπος ἀναγκαῖος διὰ τὸν δεύτερον· ὁ δὲ δεύτερος, διὰ τὸν πρῶτον· ὁ δὲ ἀναγκαιότατος, καὶ ὅπου ἀναπαύεσθαι δεῖ, ὁ πρῶτος. ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν ποιοῦμεν. ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ τόπῳ διατρίβομεν, καὶ περὶ ἐκεῖνόν ἐστιν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή· τοῦ δὲ πρώτου παντελῶς ἀμελοῦμεν. τοιγαροῦν ψευδόμεθα μέν·

πῶς

tur, pro lege tibi ſit, quam tranſgredi non liceat. Ac ſi laborioſum quid, aut jucundum; glorioſum, aut inglorium offeratur, memento, nunc certamen obveniſſe, & jam adeſſe Olympia, nec differre licere: & una clade, aut inſtantia, vel perire profectum, vel ſervari. Socrates ſic perfectus evaſit, in omnibus, quæ ipſi offerrentur, nulli alii rei adtendens, præterquam rationi. Tu autem, etſi nondum es Socrates, ſic tamen, ut qui Socrates eſſe velis, debes vivere.

Caput XLIX.

PRimus & maximè neceſſarius in philoſophia locus eſt, de uſu theorematum: ut, Non eſſe mentiendum. Alter, demonſtrationum: ut, Unde hoc, quod non ſit mentiendum. Tertius locus, qui hos ipſos confirmat, & diſtinguit: ut, Unde fiat, ut hoc ſit demonſtratio. Quidnam ſit demonſtratio; quid conſecutio; quid pugna; quid falſum. Quare tertius quidem locus neceſſarius eſt ob ſecundum; ſecundus autem, ob primum. Maximè autem neceſſarius, & in quo adquieſcere oportet, eſt primus. At nos contra facimus. In tertio enim loco immoramur, & circa illum omne ſtudium noſtrum occupatur: primi autem nullam plane curam habemus. Idcirco nos quidem

πῶς ἢ ἀποδείκνυται, ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι, πρόχειρον ἔχομεν.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ ν.

Ἐπὶ παντὸς πρόχειρα ἑκτέον ταῦτα.

Α῎γου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη,
Ο῞ποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος.

Ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
Κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Ο῞ς τις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκε καλῶς,
Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται.

Α'λλὰ καὶ τὸ τρίτον. Ὦ κρίτων, εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. ἐμὲ δ' ἄνυτος καὶ μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται· βλάψαι δ' οὔ.

ΤΕΛΟΣ.

mentimur: at quomodo demonstretur, non esse mentiendum, in promptu habemus.

Caput L.

IN quovis negotio hæc in promtu sunt habenda.

Duc me, o Jupiter, atque tu Fatum,
Quocunque a vobis sum destinatus;

Qui sequar impiger. Nam si nolim,
Improbus factus, nihilominus sequar.

Qui autem necessitati bene paruit,
Sapiens apud nos habetur, & scit divina.

Sed & tertium. O Crito, si Diis hoc modo visum fuerit, hoc modo fiat. Me quidam Anytus, & Melitus occidere possunt; at lædere nequaquam.

FINIS.

ΕʹΚ ΤΩ͂Ν ΣΟΥΙʹΔΑ.

ΕΠΙʹΚΤΗΤΟΣ, ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας, φιλόσοφος. δοῦλος δ' ἐπαφροδίτου, τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως νέρωνος. πηρωθεὶς δ' τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, ἐν νικοπόλει τῆς νέας ἀπείρου ᾤκησε. καὶ διατείνας μέχρι μάρκου ἀντωνίνου ἔγραψε πολλά.

Ex Suida.

EPICTETUS, Hierapoli, Phrygiæ urbe oriundus, philoſophus. Servus Epaphroditi, qui erat ex ſtipatoribus imperatoris Neronis. Crure autem defluxione læſo claudus, Nicopoli, nova Epiri urbe, habitavit: & vitâ ad Marcum Antoninum uſque productâ, multa ſcripſit.

ΕΠΙΚΤΗ'ΤΟΥ
ΓΝΩ͂ΜΑΙ
ΕʼΚ ΤΩ͂Ν
ʼΙΩΑ'ΝΝΟΥ ΣΤΟΒΑΙ'ΟΥ.

EPICTETI
SENTENTIÆ
EX
JOANNE STOBAEO.
Græce & Latine.

ΕΠΙΚΤΗ'ΤΟΥ ΓΝΩ͂ΜΑΙ

Ε'κ τῶν

ΙΩΑ'ΝΝΟΥ ΣΤΟΒΑΙ'ΟΥ

α.

Ὁ Τύχῃ βίος συμπεπλεγμένος, ἔοικε χειμάῤῥῳ ποταμῷ. καὶ γὰρ ταραχώδης, καὶ ἰλύος ἀνάμεστος, καὶ δυσέμβατος, καὶ τυραννικὸς, καὶ πολύηχος, καὶ ὀλιγοχρόνιος.

β. Ψυχὴ ὁμιλοῦσα ἀρετῇ, ἔοικεν ἀενάῳ πηγῇ. καὶ γὰρ καθαρὸν, καὶ ἀτάραχον, καὶ πότιμον, καὶ νόστιμον, καὶ κοινωνικὸν, καὶ πλούσιον, καὶ ἀβλαβὲς, καὶ ἀνώλεθρον.

γ. Εἰ βούλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι κακὸς εἶ.

δ. Βέλτιον ὀλιγάκις πλημμελεῖν, ὁμολογοῦντα σωφρονεῖν πλεονάκις· ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτεῖν, λέγοντα πλεμμελεῖν πολλάκις.

ε. Κόλαζε τὰ πάθη. ἵνα μὴ ὑπ' αὐτῶν τιμωρῇ.

ς. Μὴ οὕτω τὸ ἐκτὸς δόξης αἰσχύνου, ὡς τὸ ἐκτὸς ἀληθείας ἀπόφευγε.

ζ. Εἰ

EPICTETI SENTENTIÆ

E X

JOANNE STOBÆO.

I.

FOrtunæ vita implicata, ſimilis eſt ex tempeſtate orto fluvio: quippe qui turbulentus eſt, & limo repletus, & ingreſſu difficilis, & tyrannicus, & obſtreperus, & momentaneus.

II. Anima virtuti dedita, ſimilis eſt perenni fonti: nam & purum quid eſt, & imperturbatum, & potabile, & dulce, & ad communicationem natum, & dives, & innoxium, & minimè perniciosum.

III. Si vis bonus eſſe, primùm crede teeſſe malum.

IV. Satius eſt rarius delinquere, fatentem modeſtè & ſobriè agere ſæpius; quàm rarius peccare, dicentem ſe delinquere ſæpius.

V. Coerce animi perturbationes, ne ab ipſis puniaris.

VI. Ne tàm ejus, quod extra gloriam eſt, te pudeat; quàm id, quod extra veritatem eſt, fugias.

VII.

ζ. Εἰ βούλει καλῶς ἀκούειν, μάθε καλῶς λέγειν· μαθὼν δὲ καλῶς λέγειν. πειρῶ καλῶς πράττειν, καὶ οὕτω καρπώσῃ τὸ καλῶς ἀκούειν.

η. Ὅταν τις κακῶς τι ποιῇ. ἢ κακῶς τι λέγῃ, μέμνησο, ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος, ποιεῖ. τί οὖν; ἀκολουθήσει τῷ σοὶ φαινομένῳ, ἢ τῷ αὐτῷ; ἀλλὰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται. τίς οὖν ἐξηπάτηται; ἐκεῖνος. τίς οὖν βέβλαπται; ὁ ἐξηπατημένος. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον ἐάν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμπεπλεγμένον βλάπτεται, ἀλλ᾽ ὁ ὑπολαβών.

θ. Ἐλευθερία καὶ δουλεία, τὸ μὲν ἀρετῆς ὄνομα, τὸ δὲ κακίας· ἄμφω δὲ προαιρέσεως ἔργα. οἷς δὲ προαίρεσις οὐ κοινωνεῖ, τούτων ψαύει μὲν οὐδέτερον. ψυχὴ δὲ δεσπόζειν εἴωθε σώματος, καὶ τῶν ἀμφὶ σῶμα ὅσα προαιρέσεως ἀκοινώνητα. οὐδεὶς γὰρ δοῦλος, τὴν προαίρεσιν ὑπάρχων ἐλεύθερος.

ι. Κακὸς δεσμός; σώματος μὲν τύχη, ψυχῆς δὲ κακία. ὁ μὲν γὰρ τὸ σῶμα λελυμένος, τὴν δὲ ψυχὴν δεδεμένος δοῦλος· ὁ δ᾽ αὖ τὸ σῶμα δεδεμένος, τὴν δὲ ψυχὴν λελυμένος, ἐλεύθερος.

VII. Si vis bene audire, disce bene dicere: ubi autem didiceris bene dicere, conare recte agere; atque sic hunc fructum capies, ut bene audias.

VIII. Cum quis male quid facit, aut quid male dicit, memento illum suo se officio fungi opinantem facere. Quid igitur? sequetúr ne quod tibi videtur, an quod sibi? At male ipsi videtur. Quis ergo deceptus est? ille. Quis ergo damno adfectus? is qui & deceptus. Namque verum conjunctum si quis falsum autumet, non id quod conjunctum est læditur, sed is qui autumavit.

IX. Libertas, & servitus nomina sunt; illud virtutis, hoc vitii: utraque autem propositi opera. At qui proposito nullam cum his communionem habent, illos neutrum horum tangit. Anima autem corporis domina esse solet, eorumque quæ circa corpus existunt, & nullam cum proposito communionem habent. Nemo enim servus, qui proposito est liber.

X. Malum vinculum est, corporis quidem fortuna; animæ autem vitium. Qui enim corpore solutus, animâ autem vinctus, servus est: at rursus, qui corpore vinctus, animâ autem solutus, liber existit.

XI.

ια. Τὸν μὲν τοῦ σώματος δεσμὸν λύει καὶ φύσις διὰ θανάτου, καὶ ἡ κακία, διὰ χρημάτων· τὸν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀρετὴ διὰ μαθήσεως, καὶ ἐμπειρίας, καὶ ἀσκήσεως.

ιβ. Εἰ βούλει ἀταράχως, καὶ εὐαρέστως ζῆν, πειρῶ τοὺς συνοικοῦντας ἀγαθοὺς ἔχειν. ἕξεις δὲ ἀγαθοὺς, εἰ τοὺς μὲν ἑκόντας παιδεύοις· τοὺς δὲ ἄκοντας, ἔπειτα κεχειρωμένους, ἀπολύοις. συμφεύξεται γὰρ τοῖς φυγοῦσιν ἡ μοχθηρία ἅμα καὶ ἡ κακία· συνϋπολειφθήσεται δὲ τοῖς συμμένουσί σοι ἡ χρηστότης, καὶ ἡ ἐλευθερία.

ιγ. Αἰσχρὸν τοῖς τῶν μελιττῶν δωρήμασι γλυκάζοντα τὴν κατάποσιν, τὸ τῶν θεῶν δῶρον, τὸν λόγον, πικράζειν τῇ κακίᾳ.

ιδ. Οὐδεὶς φιλοχρήματος, καὶ φιλήδονος, καὶ φιλόδοξος, καὶ φιλάνθρωπος· ἀλλὰ μόνος ὁ φιλόκαλος.

ιε. Ὥσπερ οὐκ ἂν ἐβούλου ἐν νηῒ μεγάλῃ, καὶ γλαφυρᾷ, καὶ πολυχρύσῳ, πλέον βαπτίζεσθαι· οὕτω μηδὲ ἐν οἰκίᾳ αἱροῦ ὑπερμεγέθει, καὶ πολυτελεῖ καθήμενος χειμάζεσθαι.

ις. Εἰς συμπόσιον μὲν οὖν παρακληθέντες, τῷ παρόντι χρώμεθα. εἰ δέ τις κελεύοι τὸν ὑποδεχόμενον ἰχθῦς αὐτῷ παρατιθέναι, ἢ πλακοῦντας, ἄτοπος ἂν δόξειεν. ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἰτοῦμεν τοὺς θεοὺς ἃ μὴ διδόασι, καὶ ταῦτα πολλῶν ὄντων ἅ γε ἡμῖν δεδώκασι.

ιζ.

XI. Corporis vinculum solvit tum natura, per mortem; tum fortuna, per pecuniam: animæ autem, virtus per doctrinam, & experientiam, & exercitationem.

XII. Si vis imperturbate, & jucunde vivere, da operam ut omnes, qui tecum habitant, bonos habeas. Habebis autem bonos, si eos, qui libentes tibi adsunt, erudias; invitos autem, aut improbitate victos, dimittas. Nam cum fugientibus malitia simul & vitium aufugiunt; cum iis autem qui tecum manent, probitas simul & libertas relinquentur.

XIII. Turpe est, eum, qui apum muneribus edulcat potionem, Deorum donum, rationem, amaram reddere vitio.

XIV. Nemo pecuniæ amans, & voluptatis, & gloriæ, simul homines amat; sed solus honesti amans.

XV. Quemadmodum nolles in magna navi, & ornata, & auro onustâ, navigans mergi: sic neque cupias in domo nimis magna, & sumtuosa sedens curis obrui.

XVI. Ad convivium invitati, præsenti utimur. Quod si quis juberet hospitem adponere sibi pisces, aut placentas, absurdus videretur. At nos in mundo petimus à diis, quæ non dant; cum multa interim sint, quæ nobis dederunt.

XVII.

ιζ. Χαρίεντες, ἔφη, εἰσὶν οἱ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐγώ σου, φησὶ, κρείττων εἰμί· ἀγροὺς γὰρ ἔχω πολλοὺς, σὺ δὲ λιμῷ παρατείνῃ. ἄλλος λέγει, ἐγὼ ὑπατικός εἰμι. ἄλλος, ἐπίτροπος ἐγώ· ἄλλος, ἐγὼ οὐλὰς τρίχας ἔχω. ἵππος δ' ἵππῳ οὐ λέγει, ὅτι κρείττων εἰμί σου· πολὺν γὰρ κέκτημαι χιλὸν, καὶ κριθὰς πολλάς. καὶ χαλινοί μοι εἰσὶ χρυσοῖ, καὶ ἐφίππια ποικίλα· ἀλλ' ὅτι ὠκύτερός σου εἰμί· καὶ πᾶν ζῶον κρεῖττον, καὶ χεῖρόν ἐστιν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς καὶ κακίας. ἆρ' οὖν ἀνθρώπου μόνου ἀρετὴ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ δεῖ ἡμᾶς εἰς τρίχας ἀφορᾷν, καὶ τὰ ἱμάτια, καὶ τοὺς παππους; τῷ μὲν ἰατρῷ μηδὲν συμβουλεύοντι ἄχθονται οἱ κάμνοντες, καὶ ἡγοῦνται ἀπεγνῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ· πρὸς δὲ τὸν φιλόσοφον διατί οὐκ ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥς τε οἰηθῆναι ἀπεγνῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ σωφρονήσειν, εἰ μηδὲν λέγοιτο πρὸς αὐτὸν τῶν χρησίμων.

ιη. Οἱ τὸ σῶμα εὖ διακείμενοι, καὶ καύματα καὶ ψύχη ὑπομένουσιν· οὕτω δὲ καὶ οἱ τὴν ψυχὴν καλῶς διακείμενοι, καὶ ὀργὴν, καὶ λύπην, καὶ περιχάρειαν, καὶ τ' ἄλλα πάθη φέρουσιν.

ιθ. Ἐξέταζε σαυτὸν, πότερον πλουτεῖν θέλεις, ἢ εὐδαιμονεῖν. καὶ εἰ μὲν πλουτεῖν, ἴσθι ὅτι οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε ἐπί σοι πάντη· εἰ δὲ εὐ-

XVII. Lepidi, inquiebat, sunt, qui magnificè se efferunt ob ea quæ in nostra potestate non existunt. Ego te inquit, melior sum: agros enim multos habeo, tu autem fame conficeris. Alius ait; ego consularis sum: alius; ego procurator: alius; crispos ego crines habeo. At equus non dicit equo; te ego sum melior; quia multum pabuli habeo, & hordei abunde. Insuper frena mihi sunt aurea, & ephippia varia: sed inde, quod te sum velocior. Adeoque omne animal melius, & deterius est, ex sua virtute & vitio. Soliùsne igitur hominis virtus nulla est, sed oportet nos ad crines respicere, & vestes, & avos? Medico nihil consilii danti succensent ægri, eumque jam de se desperasse censent: erga philosophum cur non ita quis adfectus fuerit, ut opinetur de se ipsum desperasse, an unquam mentis compos futurus sit, si nullas ipsi utiles admonitiones protulerit.

XVIII. Qui corpore sunt bene compositi, & æstus, & frigora tolerant: sic quoque qui anima bene compositi sunt, & iram, & tristitiam, & effusam lætitiam,aliosque turbatos animi motus ferunt.

XIX. Ex teipso exquire, utrum velis; ditescere, an beatè vivere. Et si quidem ditescere velis, scito nec bonum id

F esse,

εὐδαιμονεῖν, ὅτι καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἐπὶ σοί. ἐπεὶ τὸ μὲν τύχης ἐπίκαιρον δάνειον· τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, προαιρέσεως.

κ. Καθάπερ ἔχιν, ἢ ἀσπίδα, ἢ σκορπίον, ἐν ἐλεφαντίνῃ, ἢ χρυσῇ θεώμενος κίστῃ, οὐ διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς ὕλης ἀγαπᾷς καὶ εὐδαιμονίζεις, ἀλλ' ὅτι λυμαντικὴ ἡ φύσις, ἐκτρέπῃ καὶ μυσάττῃ· οὕτω καὶ ἐπειδὰν ἐν πλούτῳ καὶ ὄγκῳ τύχης θεάσῃ κακίαν ἐνοῦσαν, μὴ καταπλαγῇς τὸ περιλαμπὲς τῆς ὕλης, ἀλλὰ καταφρόνει τῆς ἐν τῷ τρόπῳ κιβδηλίας.

κα. Ὁ πλοῦτος, οὐ τῶν ἀγαθῶν· ἡ πολυτέλεια, τῶν κακῶν· ἡ σωφροσύνη, τῶν ἀγαθῶν. καλεῖ δὲ ἡ μὲν σωφροσύνη, ἐπὶ τὴν εὐτέλειαν, καὶ τὴν κλῆσιν τῶν ἀγαθῶν· ὁ δὲ πλοῦτος, ἐπὶ τὴν πολυτέλειαν, καὶ ἀφέλκει τῆς σωφροσύνης. δυσχερὲς ἄρα, πλουτοῦντα σωφρονεῖν, ἢ σωφρονοῦντα πλουτεῖν.

κβ. Ὥσπερ εἰ ἐν νηῒ ἐσπάρης, ἢ ἐτέχθης, οὐκ ἂν ἔσπουδες αὐτῆς κυβερνήτης ὑπάρχειν. οὔτε γὰρ ἐκεῖ σοι φύσει ἡ ναῦς συνέσται, οὔτε ἐνταῦθα ὁ πλοῦτος· ἀλλὰ πάντη ὁ λόγος. ὅπερ οὖν σοι φυσικὸν καὶ συγγενὲς, ὁ λόγος, τοῦτο καὶ οἰκεῖον ἡγησάμενος, τούτου ἐπιμελοῦ.

κγ.

esse, nec semper in tua potestate; at si beatè vivere, & bonum hoc esse, & in tua potestate: quoniam divitiæ sunt ad tempus à fortuna datum mutuum; beata autem vita est à proposito.

XX. Quemadmodum viperam, aut aspidem, aut scorpium in eburnea, aureàve cistula videns, non propter materiæ pretium amas, & beata animalia prædicas; sed quoniam nocens illorum natura, aversaris atque exhorrescis: sic quoque ubi in divitiis, & fortunæ amplitudine malitiam inesse videris, splendorem materiæ ne stupeas, sed illam in moribus pravitatem sperne.

XXI. Divitiæ non sunt de numero bonorum: magnus sumtus, de numero malorum: temperantia, de numero bonorum. Vocat autem temperantia ad frugalitatem, & possessionem bonorum; divitiæ verò ad nimium sumtum, & abstrahunt à temperantia. Difficile igitur est, divitem esse temperantem; aut temperantem diviriis adfluere.

XXII. Quemadmodum si genitus, aut natus esses in navi, non propterea ejus gubernator esse cuperes: neque enim isthîc naturâ tibi navis aderit; neque hîc divitiæ: sed ubique ratio. Id igitur quod tibi naturale & cognatum est, nempe ra-

κγ. Ἐν πέρσαις μὲν γεννηθεὶς, οὐκ ἐπόθεις οἰκεῖν τὴν ἑλλάδα, ἀλλ' αὐτόθι διάγων εὐτυχεῖν· ἐν πενίᾳ δὲ γεννηθεὶς, τί σπεύδεις πλουτεῖν, ἀλλ' οὐκ αὐτόθι μένων εὐτυχεῖν;

κδ. Ὥσπερ ἐπὶ σμικροῦ σκίμποδος θλιβόμενον, ὑγιαίνειν ἄμεινον, ἢ ἐπὶ πλατείας κλίνης καλινδούμενον νοσεῖν· οὕτω καὶ ἐν μικρᾷ περιουσίᾳ βέλτιον συστελλόμενον εὐδαιμονεῖν, ἢ ἐν μεγάλῃ τυγχάνοντα δυστυχεῖν.

κε. Οὐ πενία λύπην ἐργάζεται, ἀλλ' ἐπιθυμία. οὐδὲ πλοῦτος φόβου ἀπαλλάττει, ἀλλὰ λογισμός. κτησάμενος τοιγαροῦν τὸν λογισμὸν, οὔτε πλούτου ἐπιθυμίαν ἕξεις, οὔτε πενίαν μέμψῃ.

κϛ. Οὔτε ἵππος ἐπὶ φάτνῃ, καὶ φαλάροις, καὶ τάπησιν· οὔτε ὄρνις ἐπὶ κρόκῃ, καὶ καλιᾷ ὑψοῦται καὶ γαυριᾷ· ἀλλ' ἄμφω ἐπὶ ὠκύτητι· ὁ μὲν, ποδῶν· ὁ δὲ, πτερῶν· καὶ σὺ τοιγαροῦν μὴ ἐπὶ τροφῇ καὶ σκέπῃ, καὶ ἁπλῶς τῇ ἔξωθεν περιουσίᾳ μέγα ὀγκύλλου. ἀλλ' ἐπὶ χρηστότητι, καὶ εὐποιΐᾳ.

tionem, tibi proprium cenſens, ejus curam ſuſcipe.

XXIII. Si inter Perſas genitus eſſes, non deſiderares habitare in Græcia; ſed illic vitam feliciter tranſigere. Quid igitur, in paupertate natus, quæris diteſcere, non autem ibi manens vitam feliciter tranſigere?

XXIV. Quemadmodum in parvo humilique grabato anguſte cubantem, ſanum eſſe ſatius eſt, quàm in amplo lecto ſe volutantem, ægrotare: ſic & in exigua fortuna melius eſt ſeſe contrahentem, beatè vivere; quàm in magna fortuna, vitam infelicem tranſigere.

XXV. Non paupertas moleſtiam facit; ſed cupiditas. Neque divitiæ à metu liberant; ſed ratio. Si igitur rationem tibi comparaveris, neque divitias concupiſces; neque paupertatem incuſabis.

XXVI. Nec equus ob præſepe, & phaleras, & tapetes; nec avis ob floccos, ac nidum effertur, iisque gloriatur: ſed utraque animalia ob celeritàtem; illud quidem, pedum; hoc verò, alarum. Quare tu quoque ob alimenta, & veſtes, & omnino ob externas opes ne magnifice te efferas; ſed ob probitatem, & beneficentiam.

κζ. Τὸ καλῶς ζῆν, τοῦ πολυτελῶς, διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ, ἐκ σωφροσύνης, καὶ αὐταρκείας, καὶ εὐταξίας, καὶ κοσμιότητος, καὶ εὐτελείας παραγίνεται· τὸ δὲ, ἐξ ἀκολασίας, καὶ τρυφῆς, καὶ ἀταξίας, καὶ ἀκοσμίας. τέλος δὲ, τοῦ μὲν, ἔπαινος ἀληθής· τοῦ δὲ, ψόγος. εἰ τοίνυν βούλει καλῶς ζῆν μὴ ζήτει μετὰ πολυτελείας ἐπαινεῖσθαι.

κη. Μέτρον ἔστω σοι παντὸς σίτου καὶ ποτοῦ, ἡ πρώτη τῆς ὀρέξεως ἔμπλησις· ὄψον δὲ, καὶ ἡδονὴ, αὐτὴ ἡ ὄρεξις. καὶ οὔτε πλείονα τῶν δεόντων προσοίσῃ, οὔτε ὀψοποιῶν δεήσῃ, ποτῷ τε τῷ παραπεσόντι ἀρκεσθήσῃ.

κθ. Τὰς σιτήσεις ποιοῦ, μὴ ἀνειμένας, καὶ σκυθρωπάς· ἀλλὰ λαμπρὰς, καὶ εὐτελεῖς. ἵνα μήτε διὰ τὰ σωματικὰ αἱ ψυχαὶ ταράττωνται Φαινακιζόμεναι, καὶ τῶν ἡδονῶν τῶν σωματικῶν ὀλιγωροῦσιν, ἔπειτα βλάπτωνται, τρυφῶντα μὲν παραυτίκα πλοῦτον, νοσοῦντα δὲ εἰσαῦθις τὰ σώματα.

λ. Φρόντιζε ὅπως σε μὴ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ μόνον ἐπαινῇ, ἀλλ' ἡ ἐν τῇ ψυχῇ εὐφρασία. ἐπεὶ τὰ μὲν, ἀποσκυβαλίζεται, καὶ συνεκρεῖ, ὡς ὁ ῥοῦς· ἡ δὲ, κἂν ἡ ψυχὴ χωρισθῇ, διαπαντὸς ἀκήρατος μένει.

λα.

XXVII. Bene vivere, & ſumtuosè, differunt. Illud enim ex temperantia, & bono ordine, & decore, & frugalitate provenit: hoc verò, ex intemperantia, & luxu, ac ordinis omnis & decori neglectu Quorum illud, vera laus conſequitur; hoc verò, vituperium. Si igitur vis bene vivere, ne quæras ob nimios ſumtus laudari.

XXVIII. Modus tibi ſit omnis cibi ac potus, prima adpetitionis repletio: obſonium autem, & voluptas, ipſa ſit adpetitio. Atque ita nec plura quàm opus eſt ingeres, nec obſoniorum inſtructoribus egebis, & potu quovis contentus eris.

XXIX. Cibi adſumendi rationes inſtituito, non remiſſas, & triſtes; ſed ſplendidas, & frugales. Ut nec ob corporis neceſſitates animæ deceptæ perturbentur, & corporis voluptates contemnant: deinde etiam, ut ne corpora lædantur, ſi divitiis ad præſens luxurientur; in poſterum verò morbis adfligantur.

XXX. Cura ut non ſolùm quæ ventri dederis te exhilarent; ſed, quam anima poſſides, lætitia. Quoniam illa excernuntur, & ſimul efflunt, uti fluxio: hæc autem, quamvis anima ſeparetur, perpetuò incorrupta manet.

λα. Ἐν ταῖς ἑςιάσεσι μελέτα, τίσι τὰ δύο ὑποδέχῃ. σῶμα καὶ ψυχήν. καὶ ὅ, τι ἂν τῷ σώματι δῷς, τοῦτο εὐθὺς ἐξέχεας. ὅ, τι δ' ἂν τῇ ψυχῇ, διαπαντὸς τηρεῖς.

λβ. Μὴ συγκεράσας ἅμα ὀργὴν πολυτελείᾳ προσένεγκαι. πολυτέλεια μὲν πηδήσασα τῷ σώματι, μετ' οὐ πολὺ οἴχεται· ἣν δὲ ὀργὴν ἐνδὺς, ἐπὶ τὸ μήκιςον μένει. σκόπει τοιγαροῦν, ὅπως μὴ ὑπ' ὀργῆς ἐξαχθεὶς, τοὺς δαιτυμόνας πολυτελῶς ὑβρίσῃς· ἀλλὰ μᾶλλον μεθ' ἡμερότητος εὐτελῶς εὐφράνῃς.

λγ. Μελέτω σοι ἐν τοῖς σιτίοις, ὅπως σοι οἱ ὑπουργοῦντες μὴ πλουσιώτεροι τῶν ὑπουργουμένων ὑπάρχωσιν· ἄτοπον γὰρ, ὀλίγαις ςιβάσι πολλὰς δουλεύειν ψυχάς.

λδ. Ἄρισον μὲν, εἰ κἀν ταῖς παρασκευαῖς χειρουργῶν, κἀν ταῖς τροφαῖς ἑςιώμενος, κυβερνῷς τοῖς θεραπεύουσι τῶν παρόντων. εἰ δὲ τὸ τοιόνδε δυσχερὲς τῷ καιρῷ ὑπάρχοι, μέμνησο, ὅτι μὴ κάμνων ὑπ' ὀκνέντων ὑπουργῇ, ἐσθίων ὑπὸ μὴ ἐσθιόντων, πίνων ὑπὸ μὴ πινόντων, λαλῶν ὑπὸ σιωπώντων, ἀνειμένος ὑπὸ συνεςαλμένων. καὶ οὔτε αὐτὸς φλεγμήνας ἄτοπον πείσῃ, οὔθ' ἕτερον ἀγριάνας, χαλεπὸν ἐργάσῃ.

λε. Ἐρίζειν καὶ φιλονεικεῖν, πάντη μὲν ἄτοπον, μάλιςα δὲ ἐν ταῖς παρὰ πότον ὁμιλίαις

ἀπρε-

XXXI. In conviviis confidera, quibus bina hæc excipias, corpus & animam. Tum quodcunque corpori dederis, illud statim te effundere; at quodcunque animæ, semper illud te servare.

XXXII. Noli iram cum luxu miscens adponere. Luxus enim ubi in corpus transierit, paulò post abit: at ira cum animum subierit, diutissime immoratur. Vide sis igitur, ne irâ concitatus convivas luxuriose injuriâ adficias; sed potius cum mansuetudine frugaliter exhilares.

XXXIII. Curæ tibi sit ne in cibo capiendo plures ministri sint, quàm quibus ministratur. Absurdum enim, paucis toris multas inservire animas.

XXXIV. Optimum quidem fuerit, si tum in conviviorum adparationibus manibus laborans; tum inter epulas, convivio exceptus, præsentium famulos gubernes. Quod si hujusmodi negotium difficile eo tempore fuerit, memento, laboranti tibi ab otiosis ministrari, edenti à non edentibus, bibenti à non bibentibus, loquenti à tacentibus, remisso ab intentis: nec ipse inflammatus absurdi quidquam patieris, nec alio efferato mali quid facies.

XXXV. Litigare & contendere, cum ubique absurdum est, tum in sermonibus,

qui

ἀπρεπές. ὔτε γὰρ ἂν μεθύων νήφοντα διδάξειέ τις, ὔτ' ἂυ μεθύων πρὸς νήφοντος πεισθείη. ἔνθα δ' ἂν μὴ παρῇ νῆψις, τέλος εἰκῇ σε παρέχει διατείνεσθαι.

λϛ. Οἱ τέττιγες, μυσικοί· οἱ δὲ κοχλίαι, ξηροί. χαίρουσι δ' οἱ μὲν, ὑγραινόμενοι· οἱ δὲ, ἀλεαινόμενοι. ἔπειτα προκαλεῖται τοὺς μὲν ἡ δρόσος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἐκδύνουσι· τοὺς δ' ἂυ διεγείρει ἀκμάζων ὁ ἥλιος, καὶ ἐν ἀυτῷ ᾄδουσι. τοιγαροῦν εἰ βούλει μυσικὸς καὶ ἐυάρμοστος ὑπάρχειν ἀνὴρ, ἡνίκα ἐν τοῖς πότοις ὑπὸ τοῦ ὄινου δροσισθῇ ἡ ψυχὴ, τότε ἀυτὴν μὴ ἔα προϊοῦσαν μολύνεσθαι· ἀλλ' ἡνίκα ἂν ἐν τοῖς συνεδρίοις ὑπὸ τοῦ λόγου διαπυρωθῇ, τότε θεσπίζειν, καὶ ᾄδειν τὰ τῆς δικαιοσύνης κέλευε λόγια.

λζ. Τὸν προσομιλοῦντα τριχῇ διασκοποῦ. ἢ ὡς ἀμείνονα, ἢ ὡς ἥττονα, ἢ ὡς ἴσον. καὶ εἰ μὲν ἀμείνονα, ἀκούειν χρὴ, καὶ πείθεσθαι ἀυτῷ. εἰ δ' ἥττονα, ἀπειθεῖν· εἰ δὲ ἴσον, συμφωνεῖν· καὶ οὔποτε ἁλώσῃ φιλονεικίας.

λη. Α'μεινον τῇ ἀληθείᾳ συγχωρήσαντα, τὴν δόξαν νικᾶν. ἢ τῇ δόξῃ συγχωρήσαντα, πρὸς τῆς ἀληθείας ἡττᾶσθαι.

qui inter pocula feruntur, vel maximè indecorum. Neque enim ebrius quis sobrium docuerit; nec rursus ebrius à sobrio fuerit persuasus. Quare si sobrietas non adfuerit, tandem nequicquam te contendisse adparebit.

XXXVI. Cicadæ animal sunt musicum; cochleæ verò mutæ. Atque hæ quidem humectari gaudent; illæ autem, calescere. Deinde has provocat ros, & ejus causa caput exerunt: illas autem fervens sol excitat, & in ipso cantillant. Quamobrem si vis musicus esse vir & concinnus, quando inter pocula à vino anima irrorata fuerit, tunc ipsam ne sinas egressam inquinari; sed cum in consessibus à ratione anima accensa fuerit, tunc vaticinari eam, & canere justitiæ oracula jube.

XXXVII. Conversantem tecum tripliciter considera; aut ut præstantiorem, aut ut deteriorem, aut ut æqualem. Quod si præstantiorem deprehenderis, audire convenit, eique obtemperare; quod si deteriorem, non obtemperare; at si æqualem, ei consonare: & numquam contentionis studio abripieris.

XXXVIII. Satius est, veritati concedentem, opinionem vincere, quàm opinioni concedentem à veritate superari.

XXXIX.

λθ. Ζηλῶν τὴν ἀλήθειαν, οὐ ζητήσεις τὸ ἐκ παντὸς τρόπου νικᾷν· καὶ εὑρὼν τὴν ἀλήθειαν, ἕξεις τὸ μὴ νικᾶσθαι.

μ. Ἡ ἀλήθεια παρ' αὑτῇ νικᾷ· ἡ δὲ δόξα, παρὰ τοῖς ἔξω.

μα. Βέλτιον μετ' ἑνὸς ἐλευθέρου ζῶντα, ἄφοβον καὶ ἐλεύθερον ὑπάρχειν· ἢ μετὰ πολλῶν δουλεύειν.

μβ. Ὃ φεύγεις παθεῖν, τοῦτο μὴ ἐπιχείρει διατιθέναι. φεύγεις δὲ δουλείαν, φυλάσσου δουλεύεσθαι. ὑπομένων γὰρ δουλεύεσθαι, αὐτὸς ὑπάρχειν πρότερον ἔοικας δοῦλος. οὔτε γὰρ κακία ἀρετῇ κοινωνεῖ, οὔτε ἐλευθερία δουλείᾳ.

μγ. Ὥσπερ ὁ ὑγιαίνων οὐκ ἂν ὑπὸ νοσούντων βούλοιτο θεραπεύεσθαι, οὔτε τοὺς συνοικοῦντας ἑαυτῷ, νοσεῖν· οὕτως οὔτε ἐλεύθερος ἀνάσχοιτ' ἂν ὑπὸ δούλων ὑπηρετεῖσθαι, ἢ τοὺς συμβιοῦντας ἑαυτῷ δουλεύειν.

μδ. Ὅς τις θέλεις δούλων ἐκτὸς ὑπάρχειν, αὐτὸς ἀπολύθητι δουλείας. ἔσῃ δ' ἐλεύθερος, ἂν ἀπολυθῇς ἐπιθυμίας. οὔτε γὰρ ἀριστείδης, οὔτε ἐπαμινώνδας, οὔτε λυκοῦργος, πλουτοῦντες καὶ δουλευόμενοι. ὁ μὲν, δίκαιος· ὁ δὲ, θεός· ὁ δὲ, σωτὴρ προσηγορεύθησαν· ἀλλ' ὅτι πενόμενοι τὴν ἑλλάδα δουλείας ἀπέλυον.

XXXIX. Quærens veritatem, non quæres omni modo vincere; & inventa veritate illud habebis, ne vincaris.

XL. Veritas apud ſeſe vincit: opinio autem, apud exteros.

XLI. Melius eſt cum uno libero viventem, interritum & liberum eſſe; quàm cum multis ſervire.

XLII. Quod pati fugis, hoc diſponere ne ſuſcipias. Fugis autem ſervitutem cave igitur ne tibi ſerviatur. Si enim ut tibi ſerviatur toleres, ipſe ſervus antea fuiſſe videris. Neque enim cum virtute vitium communionem habet, neque cum libertate ſervitus.

XLIII. Quemadmodum ſanus ab ægris ſibi miniſtrari nollet, nec ſecum habitantes, ægrotare: ita neque liber à ſervis ſibi miniſtrari ſuſtinuerit; aut qui ſecum vivunt, ſervire.

XLIV. Quiſquis volueris ſejunctus à ſervis eſſe, ipſe à ſervitute te libera. Eris autem liber, ſi ſolutus fueris à cupiditate. Neque enim Ariſtides, neque Epaminondas, neque Lycurgus, quod divites eſſent, & famulitio inſignes, ille juſtus, iſte deus, hic ſervator, adpellati ſunt; ſed quod pauperes Græciam à ſervitute liberaverint.

XLV.

με. Εἰ θέλεις τὴν οἰκίαν εὖ οἰκεῖσθαι, μιμοῦ τὸν σπαρτιάτην λυκοῦργον. ὃν γὰρ τρόπον οὗτος, οὐ τείχεσι τὴν πόλιν ἔφραξεν, ἀλλ' ἀρετῇ τοὺς ἐνοικοῦντας ὠχύρωσε, καὶ διαπαντὸς ἐτήρησεν ἐλευθέραν τὴν πόλιν· οὕτω καὶ σὺ μὴ μεγάλην αὐλὴν περίβαλλε, καὶ πύργους ὑψηλοὺς ἀνίστα· ἀλλὰ τοὺς ἐνοικοῦντας εὐνοίᾳ, καὶ πίστει, καὶ φιλίᾳ στήριζε, καὶ οὐδὲν εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεται βλαβερόν· οὐδ' ἂν τὸ σύμπαν τῆς κακίας παρατάξηται στίφος.

μϛ. Μὴ πίναξι καὶ γραφαῖς τὴν οἰκίαν σου περίβαλλε· ἀλλὰ σωφροσύνῃ κατάγραφε. τὸ μὲν γὰρ ἀλλοῖον, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστιν ἐπίκαιρος γοητεία· τὸ δὲ, σύμφυτος, καὶ ἀνεξάλειπτος, καὶ ἀΐδιος οἰκίας κόσμος.

μζ. Ἀντὶ βοῶν ἀγέλης, πειρῶ φίλων ἀγέλας ἐναγελάζεσθαί σου τῇ οἰκίᾳ.

μη. Ὥσπερ λύκος ὅμοιον κυνί· οὕτω καὶ κόλαξ, καὶ μοιχὸς, καὶ παράσιτος, ὅμοιος φίλῳ. πρόσεχε τοιγαροῦν, μὴ ἀντὶ κυνῶν φυλάκων, λάθῃς λυμεῶνας εἰσδεχόμενος λύκους.

μθ. Τῷ μὲν γύψῳ λευκανθίζουσαν σπουδάζειν θαυμάζεσθαι τὴν οἰκίαν, ἀπειροκάλου· τὸ δὲ ἦθος χρηστότητι κοινωνίας λαμπρύνειν, φιλοκάλου τε ἅμα καὶ φιλανθρώπου.

XLV. Si domum benè habitari vis, Spartanum Lycurgum imitare. Quemadmodum enim ille, non muris urbem circumdedit, ſed virtute inhabitantes munivit, & liberam perpetuò urbem conſervavit; ita quoque tu, ne magnam aulam rebus tuis circumda, & turres altas erige; ſed inhabitantes benevolentia, ac fide, & amicitia confirma, nec quidquam quod noceat in eam ingredietur; ne quidem ſi univerſa vitiorum caterva inſtructa acie eam oppugnaret.

XLVI. Ne tabulis ac picturis domum tuam circumcirca orna; ſed temperantia ipſam pinge. Illud enim alienum eſt, & oculorum temporariæ præſtigiæ; hoc autem, congenitus, & indelebilis, ac æternus domui ornatus exiſtit.

XLVII. Pro boum grege, amicorum greges in domum tuam congregare ſtude.

XLVIII. Sicut lupus cani ſimilis eſt, ita & adulator, & adulter, & paraſitus ſimilis amico. Cave igitur, ne canum cuſtodum loco pernicioſos lupos neſcius recipias.

XLIX. Operam dare, ut gypſo albeſcens domus alios in admirationem trahat, hominis eſt nimio ornandi ſtudio detenti: mores autem communicationis ſuavitate ſplendidos reddere, illius eſt, qui ſimul honeſtum amet & homines.

L.

ν. Ἐὰν θαυμάζῃς τὰ μικρὰ πρῶτον, μεγάλων ὐκ ἀξιωθήσῃ· ἐὰν δὲ καταφρονήσῃς τῶν μίκρῶν, μεγάλως θαυμασθήσῃ.

να. Οὐδὲν μικρότερον φιληδονίας, καὶ φιλοκερδίας, καὶ ἀλαζονείας· ὐδὲν κρεῖσσον μεγαλοψυχίας, καὶ πρᾳότητος, καὶ φιλανθρωπίας.

νβ. Τὰς δυσχερεῖς δὲ φιλοσόφυς εἰς μέσον ἄγοντες, οἷς ὐ δοκεῖ κατὰ φύσιν ἡδονὴ εἶναι, ἀλλ' ἐπιγίγνεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν, δικαιοσύνῃ, σωφροσύνῃ, ἐλευθερίᾳ. τί ποτ' ὖν ἡ ψυχὴ, ἐπὶ μὲν τοῖς τῦ σώματος ἀγαθοῖς μικροτέροις ὖσι χαίρει, καὶ γαληνιᾷ, ὥς φησιν Ἐπίκυρος· ἐπὶ δὲ τοῖς αὐτῆς ἀγαθοῖς μεγίστοις ὖσιν, ὐχ ἥδεται; καὶ τοι καὶ δέδωκέν μοι ἡ φύσις αἰδῶ, καὶ πολλὰ ὑπερυθριῶ, ὅτάν τι ὑπολάβω αἰσχρὸν λέγειν. τῦτό με τὸ κίνημα ὐκ ἐᾷ τὴν ἡδονὴν θέσθαι ἀγαθὸν, καὶ τέλος τῦ βίυ.

νγ. Ἐν ῥώμῃ αἱ γυναῖκες μετὰ χεῖρας ἔχυσι τὴν πλάτωνος πολιτείαν, ὅτι κοινὰς ἀξιοῖ εἶναι τὰς γυναῖκας. τοῖς γὰρ ῥήμασι προσέχυσι τὸν νῦν, ὐ τῇ διανοίᾳ τἀνδρός. ὅτι ὐ γαμεῖν κελεύων, καὶ συνοικεῖν ἕνα μιᾷ, εἶτα κοινὰς εἶναι βύλεται τὰς γυναῖκας· ἀλλ' ἐξαιρῶν τὸν τοιῦτον γάμον, καὶ ἄλλό τι εἶδος γάμυ εἰσφέρων. καὶ τὸ ὅλον οἱ ἄνθρωποι χαίρυσιν, ἀπολογίας τοῖς ἑαυτῶν ἁμαρτήμασι πορίζοντες. ἐπεί τοι φιλοσοφία φησὶν, ὅτι

ὐδὲ

L Si parva primùm admirere, magnis indignus judicabere: at si parva spreveris, admirationi eris magnæ.

LI. Nihil abjectius est luxuria, & avaritia, & adrogantia: nihil præstantius magnanimitate, & mansuetudine, & humanitate.

LII. Molestos autem philosophos in medium producamus, quibus non videtur secundum naturam voluptas esse, sed iis quæ secundùm naturam sunt, justitiæ, temperantiæ, libertati, succedere. Quid ergo anima corporis quidem bonis quæ minora sunt gaudet, & tranquillatur, ut Epicurus inquit; suis autem bonis, quæ maxima sunt non delectatur? Attamen & pudorem mihi natura tribuit, & admodum erubesco cum turpe quid me dicere autumo. Iste me motus non sinit voluptatem statuere bonum, & finem vitæ.

LIII. Romæ mulieres, Platonis de Republica libros in manibus habent, quod communes velit esse mulieres. Ad verba enim, non autem ad sententiam viri, animum advertunt. Neque enim dum uxorem ducere non jubet, & unum uni cohabitare, inde communes vult esse mulieres; sed hujusmodi nuptias tollit, aliudque nuptiarum genus introducit. In summa, homines gaudent, quando peccatis

 suis

οὐ γὰρ τὸν δάκτυλον ἐκτείνειν εἰκῇ προσήκει.

νδ. Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γιγνόμενα, μάλιστα τέρπει.

νε. Εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτριον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἀτερπέστατα ἂν γίγνοιτο.

νϛ. Διὰ τοῦτο ἐπαινεῖν Ἀγριππῖνον δίκαιον, ὅτι πλείστου ἄξιος ἀνὴρ γενόμενος, οὐδεπώποτε ἐπῄνεσεν ἑαυτόν· ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλος τις αὐτὸν ἐπῄνει, ἠρυθρία. οὗτος δ', ἔφη, ὁ ἀνὴρ τοιοῦτος ἦν, ὥς τε τοῦ συμβαίνοντος ἀεὶ ἑαυτῷ δυσκόλου, ἔπαινον γράφειν. εἰ μὲν πυρέττοι, πυρετοῦ· εἰ δὲ ἀδοξοῖ, ἀδοξίας· εἰ δὲ φύγοι, φυγῆς. καὶ ποτὲ μέλλοντι, ἔφη, αὐτῷ ἀριστήσειν, ἐπέστη ὁ λέγων, ὅτι φεύγειν αὐτὸν κελεύει Νέρων. καὶ ὃς, ἔφη, οὐκοῦν, εἶπεν, ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν..

νζ. Διογένης οὐδένα καλὸν ἔφησεν εἶναι πόνον, ὃ μὴ τέλος εἴη εὐψυχία, καὶ τόνος ψυχῆς, ἀλλ' οὐχὶ σώματος.

νη. Ὥσπερ ἀληθὴς ζυγὸς, οὔτε πρὸς ἀληθοῦς ἰθύνεται ζυγοῦ, οὔθ' ὑπὸ ψευδοῦς κρίνεται· οὕτω καὶ ὁ δίκαιος κριτὴς, οὔθ' ὑπὸ δικαίων εὐθύνεται, οὔτε παρ' ἀδίκοις δικάζεται.

ſuis patrocinia inveniunt. At verò philoſophia dicit, ne digitum quidem ſine cauſa eſſe extendendum.

LIV. Jucundorum ea quæ rariſſime fiunt, maxime oblectant.

LV. Si quis excedat modum, quæ ſuaviſſima ſunt quam maxime inſuavia fieri poſſint.

LVI. Propterea meritò laudandus Agrippinus, quod cum vir eſſet maximi faciendus, numquam ſeipſum laudaret; ſed & , ſi quis alius ipſum laudaret, erubeſceret. Hic autem, inquiebat, vir talis erat, ut ejus quod illi accidiſſet mali laudationem ſcriberet. Si quidem febricitaret, febris; ſi dedecore adficeretur, dedecoris; ſi exularet, exilii. Et aliquando, inquiebat, pranſuro ipſi adſtitit, qui diceret; jubere Neronem ut in exilium abiret: hic autem; Primum ergo, inquit, in Aricia prandebimus.

LVII. Diogenes nullum inquiebat bonum eſſe laborem, cujus finis non eſſet æquitas animi, ejuſdemque intentio corporis.

LVIII. Sicut vera trutina, neque à vera trutina corrigitur, neque à falſa judicatur: ita quoque juſtus judex, neque à juſtis corrigitur, neque apud injuſtos judicatur.

νθ. Ὥσπερ τὸ εὐθὺ εὐθέος οὐ δεῖται· οὕτως οὐδὲ τὸ δίκαιον δικαίου.

ξ. Μὴ πρότερον ἑτέρῳ δικαστηρίῳ δικάσῃς, πρὶν αὐτὸς παρὰ τῇ δίκῃ κριθῇς.

ξα. Εἰ βούλει τὰς κρίσεις δικαίας ποιεῖσθαι, μηδένα τῶν δικαζομένων, καὶ δικαιολογούντων, ἐπιγίγνωσκε, ἀλλ' αὐτὴν τὴν δίκην.

ξβ. Ἥκιστα πταίσεις ἐν ταῖς κρίσεσιν, ἐὰν αὐτὸς ἐν τῷ βίῳ ἄπταιστος διατελῇς.

ξγ. Ἄμεινον, δικαίως κρίνοντα, πρὸς τοῦ καταδικασθέντος ἀξίως, μεμφθῆναι· ἢ ἀδίκως κρίναντα παρὰ τῇ φύσει δικαίως ψέγεσθαι.

ξδ. Καθάπερ ἡ τὸν χρυσὸν δοκιμάζουσα λίθος, οὐκέτι καὐτὴ πρὸς τοῦ χρυσοῦ δοκιμάζεται. οὕτω καὶ ὁ κριτήριον ἔχων.

ξε. Αἰσχρὸν, τὸν δικαστὴν πρὸς ἑτέρων δικάζεσθαι.

ξϛ Καθάπερ ὀρθοῦ οὐδὲν ὀρθότερον· οὕτως οὐδὲ δικαίου οὐδὲν δικαιότερον.

ξζ. Τὸ δὲ λυκούργου, τοῦ λακεδαιμονίου, τίς ἡμῶν οὐ θαυμάζει; πηρωθεὶς γὰρ ὑπό τινος τῶν πολιτῶν, ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον, καὶ παραλαβὼν τὸν νεανίσκον παρὰ τοῦ δήμου, ἵνα τιμωρήσαιτο, ὅπως αὐτὸς βούληται, τούτου μὲν ἀπέσχετο· παιδεύσας δὲ αὐτὸν, καὶ ἀποφήνας ἄνδρα ἀγαθὸν, παρήγαγεν εἰς τὸ θέατρον. θαυμαζόντων δὲ τῶν λακεδαιμονίων. τοῦτον

μὲν

LIX. Uti rectum non eget recto; ita nec justum justo.

LX. Ne prius in alio tribunali judicaveris, quàm ipse coram justitia judicatus fueris.

LXI. Si justa velis judicia facere, nullum cognoscas contendentium, & causam dicentium, sed ipsam causam.

LXII. Minime in judiciis peccaveris, si ipse irreprehensibilis vitam traduxeris.

LXIII. Satius est, eum qui juste judicaverit, ab eo, qui meritò condemnatus est, reprehendi; quàm eum qui injustè judicaverit, à natura justè vituperari.

LXIV. Quemadmodum qui aurum probat lapis, non contra & ipse ab auro probatur; sic & qui judicandi facultatem habet.

LXV. Turpe est judicem ab aliis judicari.

LXVI. Quemadmodum recto nihil rectius; sic neque justo quidquam justius.

LXVII. Lycurgi Lacedæmonii factum quis vestrûm non admiratur? Nam à cive quopiam oculorum altero orbatus, cum juvenem à populo accepisset, ut quo vellet ipse modo puniret, ab hoc abstinuit. Cum autem illum instituisset, bonumque virum effecisset, in theatrum eum adduxit. Admirantibus autem Lacedæmoniis;

μέν τοι λαβὼν, ἔφη, παρ᾽ ὑμῶν ὑβριςὴν, καὶ βίαιον, ἀποδίδωμι ὑμῖν ἐπιεικῆ καὶ δημοτικόν.

ξη. Πιτλακὸς ἀδικηθεὶς ὑπό τινος, καὶ ἔχων ἐξεσίαν αὐτὸν κολάσαι, ἀφῆκεν, εἰπὼν· συγγνώμη τιμωρίας ἀμείνων. τὸ μὲν γὰρ ἡμέρε φύσεώς ἐςι· τὸ δὲ, θηριώδες.

ξθ. Α᾽λλὰ παντὸς μᾶλλον τῆς μὲν φύσεως ἐκεῖνο τὸ ἔργον, συνδῆσαι καὶ συναρμόσαι τὴν ὁρμὴν τῆς τε προσήκοντος, καὶ ὠφελίμε φαντασίας.

ο. Τὸ δὲ οἴεσθαι εὐκαταφρονήτες τοῖς ἄλλοις ἔσεσθαι, ἐὰν μὴ τὲς πρώτες ἐχθρὲς παντὶ τρόπῳ βλάψωμεν, σφόδρα ἀγεννῶν, καὶ ἀνοήτων ἀνθρώπων. φαμὲν γὰρ τὸν εὐκαταφρόνητον, νοεῖσθαι μὲν καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν εἶναι βλάψαι. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον νοεῖται κατὰ τὸ δυνατὸν εἶναι ὠφελεῖν.

οα. Οὕτω μετ᾽ ἀναλάσεως καὶ ἀπειλῆς ἐπιχειρεῖς, μέμνησο προλέγειν, ὅτι ἥμερος εἶ. καὶ οὐδὲν ἄγριον δράσας, ἀμετανόητος καὶ ἀνεύθυνος διαγένήσῃ.

οβ. Εἰδέναι χρὴ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον δόγμα παραγίνεσθαι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ᾽ ἑκάςην ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγη τὶς, καὶ ἀκέη, καὶ ἅμα χρῷτο πρὸς τὸν βίον.

ογ. Ὥς περ οἱ ἐπὶ τῶν λιμένων πυρσοὶ, δι᾽ ὀλίγων φρυγάνων πολλὴν ἀνάψαντες φλόγα,
ταῖς

Hunc, inquiebat, quem à vobis injurium ac violentum acceperam, modeſtum ac popularem reddo.

LXVIII. Pittacus, injura a quodam adfectus, cum poteſtatem haberet puniendi, ipſum dimiſit, dicens: Venia ultione melior. Illud enim mitis ingenii eſt; hoc autem ferini.

LXIX. Hoc in primis eſt naturæ opus, colligare & coaptare impetum, tum illius viſi, quod conveniens, tum quod utile occurrit.

LXX. Putare ſe contemtibiles fore aliis, niſi primos hoſtes omni modo lædant, valde degenerum ac inſipientium hominum eſt. Dicimus enim illum minime contemtibilem qui intelligat, quando poſſit prodeſſe.

LXXI. Si quem cum impetu & comminatione adgredi velis, memento prædicere, te eſſe manſuetum: adeoque cum nihil immanecommiſeris, ſine pœnitentia innocens vitam traduces.

LXXII. Sciendum eſt, non facile ullam opinionem inhæſuram homini, niſi quotidie eadem & dicat quis, & audiat, ſimulque ad vitam iisdem utatur.

LXXIII. Sicut in portubus editi ignes, paucis ſarmentis magnam flammam

ταῖς ἀλωμέναις ἀνὰ τὸ πέλαγος ναυσὶν ἱκανὴν ἐργάζονται βοήθειαν· ὕτω καὶ ἀνὴρ λαμπρὸς, ἐν πόλει χειμαζομένῃ, αὐτὸς ὀλίγοις ἀρκέμενος, μεγάλα τὺς πολίτας εὐεργετεῖ.

οδ. Ὥς περ εἰ ναῦν κυβερνᾷν ἐπεχείρεις, πάντως ἂν τὴν κυβερνητικὴν ἐξεμάνθανες τέχνην. ἐξέςαι γάρ σοι, ὥς περ ἐκεῖσε πᾶσαν τὴν ναῦν, ὕτω κἀνθάδε πᾶσαν κυβερνᾷν πόλιν.

οε. Εἰ πρόκειταί σοι τὴν πόλιν ἀναθήμασι κοσμεῖν, σεαυτῷ πρῶτον ἀνάθες τὸ κάλλιςον ἡμερότητος, καὶ δικαιοσύνης, καὶ εὐποιΐας ἀνάθημα.

ος. Εὐποιήσεις τὰ μέγιςα τὴν πόλιν, εἰ μὴ τὺς ὀρόφυς ὑψώσης, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς αὐξήσης. ἄμεινον γὰρ, ἐν μικροῖς οἰκήμασι μεγάλας οἰκεῖν ψυχάς· ἢ ἐν μεγάλαις οἰκίαις ταπεινὰ φωλεύειν ἀνδράποδα.

οζ. Μὴ τοῖς ἐξ εὐβοίας καὶ σπάρτης λίθοις τὺς τοίχυς τῇ κατασκευῇ ποίκιλλε· ἀλλὰ γὰρ τῇ ἐκ τῆς ἑλλάδος παιδείᾳ τὰ ςέρνα τῶν πολιτῶν, καὶ τῶν πολιτευομένων διακόσμει. γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν εὖ οἰκῦνται πόλεις· ἀλλ' ὐ λίθοις καὶ ξύλοις.

οη. Ὥς περ εἰ λέοντας ἐβύλυ τρέφειν, οὐκ ἄν σοι τῆς πολυτελείας τῶν ζωγρείων ἔμελεν, ἀλ-

excitantes, errantibus per mare navibus multum auxilii ferunt: Sic & vir clarus in urbe, difficilibus temporibus jactatâ, paucis ipse contentus, magnis beneficiis cives adficit.

LXXIV. Veluti si navim gubernare susciperes, gubernandi artem omnino perdidicisses. Licebit enim tibi, quemadmodum ibi totam navim, ita hîc totam gubernare urbem.

LXXV. Si propositum tibi fuerit, donariis urbem ornare; teipsum primum, ut optimum mansuetudinis, & justitiæ, & beneficentiæ donarium consecra.

LXXVI. Summis beneficiis urbem tu adficies, si non tam ædificiorum fastigia in altum evexeris, quàm civium animos virtutibus auxeris. Præstat quippe, in parvis domunculis magnos habitare animos; quàm in magnis ædibus, tanquam in latibulis, humilia latitare mancipia.

LXXVII. Ne lapidibus, ex Eubœa & Sparta advectis, parietum structuram variato; sed potiùs ex Græcia accersita disciplina civium, & rempublicam gerentium animos exornato. Quippe virorum sententiis, non autem lapidibus & lignis urbes exornantur.

LXXVIII. Quemadmodum leones alturus, non de cavearum magnificentia

cu-

ἀλλὰ τ͂ πράξεως ἢ ζώων· ὅτως εἰ πολιτῶν πείρᾳ προΐςασθαι, μὴ τοσῦτον τ͂ πολυτελείας ἢ ἀναςημάτων φρόντιζε, ὁπόσον τ͂ ἀνδρείας ἢ ἐνδιατριβόντων ἐπιμελῶ.

οθ. Καθάπερ ἀγαθὸς πωλοδάμνης, οὐ τῶν πώλων τὺς μὲν ἀγαθὺς τρέφει, τὺς δὲ δυσηνίυς λιμώττειν ἐᾷ· ἀλλὰ τρέφει μὲν ἐπίσης ἄμφω, κολάζει δὲ μᾶλλον θάτερον, ἐξισῦν θατέρῳ βιαζόμενος μέρει. ὅτω καὶ κηδεμονικὸς ἀνὴρ, καὶ πολιτικῆς ἐπιςήμων δυνάμεως, ἢ πολιτῶν τὺς μὲν εὐγνώμονας ποεῖν ἐπιχειρεῖ· τὺς δὲ ἔμπαλιν, οὐ καθάπαξ διαφθείρεσθαι, ἀλλὰ τροφῆς μὲν ἀμφοῖν ἥκιςα φθονεῖ, παιδεύει δὲ, καὶ σφοδρότερον ἐπιπέρχει τὸν ἀντιβαίνοντα τῷ λόγῳ καὶ τῷ νόμῳ.

π. Καθάπερ ὅτε κλαγγῇ χὴν, οὔτε βληχῇ καταπλήσσεται πρόβατον· οὕτως οὐδὲ πλήθυς ἀνοήτυ σε δεδιττέσθω φωνή.

πα. Ὥσπερ πλῆθος ἀκρίτως αἰτῦν τί σε ἢ ἰδίων, οὐ δυσωπεῖ· ὅτω μηδὲ ὄχλον ἀδίκως σε δυσωπῦντα διατραπῇς.

πβ. Ὅπερ ἐπιβάλλει τῇ πόλει, τῦτο εἴςφερε φθάνων. καὶ ὐδέποτε αἰτηθήσῃ τὰ μὴ ἐπιβάλλοντα.

πγ. Ὥσπερ ὁ ἥλιος ὐ περιμένει λιτὰς καὶ γοητείας, ἵνα ἀνατείλῃ, ἀλλ' εὐθὺς λάμπει, καὶ πρὸς ἁπάντων ἀσπάζεται· ὅτω μηδὲ σὺ

πε-

curam susciperes, sed de actione animalium: ita si civibus præesse coneris, ne tantum ædificiorum magnificentiam cures, quantum inhabitantium fortitudinem.

LXXIX. Quemadmodum bonus equorum domitor, non bonos pullos alit, feroces autem famelicos relinquit; sed ambos ex æquo nutrit, magis verò castigat alterum, & meliori similem fieri cogit: sic etiam vir providus, & civilis facultatis intelligens, civibus probis bene facere; malos autem non continuo perdere conatur: sed alimentum quidem utrisque minime invidet; instituit verò, & vehementius incitat illum, qui rationi & legi obstiterit.

LXXX. Quemadmodum nec anser clangore, nec ovis balatu obstupescit: sic neque insipientis vulgi vox te terreat.

LXXXI. Sicut vulgus absque judicio rerum tuarum aliquid petens, te non exorat: ita neque populo injuste aliquid à te expetente, commovearis.

LXXXII. Quod urbi debetur, hoc vel antequam exigatur, pende: & nunquam à te petetur, quod ad ipsam non pertinet.

LXXXIII. Uti sol non expectat preces ac blandimenta, ut oriatur; sed illico splendet, & ab omnibus salutatur: sic ne-

περίμενε κρότυς, καὶ ψόφυς, καὶ ἐπαίνυς; ἵν ἐυ ποιήσῃς, ἀλλ᾽ ἑκοντὴς ἐυεργέτει, καὶ ἴσα τῷ ἡλίῳ φιληθήσῃ.

πδ. Οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, ὄυτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδ@ ὁρμιςέον.

πε. Καὶ τοῖς σκέλεσι, καὶ ταῖς ἐλπίσι τὰ δυνατὰ δεῖ διαβαίνειν.

πϛ. Ψυχὴν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσϑαι. τῦ γὰρ ζῆν κακῶς, τὸ τεθνάναι κρεῖσσον.

πζ. Πύῤῥων ἔλεγε, μηδὲν διαφέρειν, ζῆν ἢ τεθνάναι. καί τις ἔφη πρὸς αὐτόν. τί ὖν σὺ ὀυκ ἀποθνήσκεις; ὁ δὲ, ὅτι, εἶπεν, ὀυδὲν διαφέρει.

πη. Θαυμαςὴ ἡ φύσις, καὶ ὥς φησι Ξενοφῶν, φιλόζωος. τὸ γῦν σῶμα, τὸ πάντων ἀηδέςατον καὶ ῥυπαρώτατον, ςέργομεν καὶ θεραπεύομεν. εἰ γὰρ ἔδει πέντε μόναις ἡμέραις θεραπεῦσαι τὸ τῦ γείτον@ σῶμα, ὀυκ ἂν ὑπεμείναμεν. ὅρα γὰρ. οἷόν ἐςιν, ἕωθεν ἀναςάντα, τρίβειν τὺς ὀδόντας τὺς ἀλλοτρίυς. καί τι τῶν ἀναγκαίων ποιήσαντα, ἀπονίζειν ἐκεῖνα τὰ μέρη. τῷ ὄντι θαυμαςόν ἐςι, φιλεῖν πρᾶγμα, ᾧ τοσαῦτα λειτυργῦμεν καθ᾽ ἑκάςην ἡμέραν. νάττω τυτονὶ τὸν θύλακον, εἶτα κενῶ τί τύτυ βαρύτερον; ἀλλὰ θεῷ δεῖ με ὑπηρετεῖν. διὰ τῦτο μένω, καὶ ἀνέχομαι, λέων

τὸ

neque tu plausus expecta, & strepitus, ac laudes, ut benefacias; sed sponte tua beneficia confer, & æque ac sol amaberis.

LXXXIV. Neque navi ex una ancora; neque vitæ ex una spe, statio promittenda.

LXXXV. Et crura, & spes ad ea extendere oportet, quæ transire possis.

LXXXVI. Magis necessarium est mederi animæ, quàm corpori. Mori quippe præstat, quàm malè vivere.

LXXXVII. Pyrrho ajebat, nihil interesse inter vitam ac mortem. Et cum quidam ad eum diceret; Cur igitur tu non moreris? Quia, respondit, nihil interest.

LXXXVIII. Mirabilis est natura, & ut Xenophon inquit, vitæ cupida. Corpus igitur istud omnium injucundissimum, & sordidissimum, amamus, eique ministramus. Si enim quinque solùm dies vicini corpus curandum esset, id non sustineremus. Vide enim, cujusmodi negotium sit; diluculo surgentem, alienos dentes fricare; & post opus aliquod necessarium, partes illas abluere. Revera mirum est, amari rem, cui tot indies ministeria exhibemus. Hanc peram farcio, & rursus evacuo: quid hoc molestius? Sed

τὸ δύςηνον τοῦτο σωμάτιον, χορτάζων, σκέπων. ὅτε ᾗ νεώτερος ἦν, καὶ ἄλλό τι προσέταττέ μοι. καὶ ὅμως ἠνειχόμην αὐτοῦ. διατί οὖν οὐκ ἀνέχεσθε, ὅταν ἡ δοῦσα ἡμῖν φύσις τὸ σῶμα ἀφαιρῆται; Φιλῶ, φησιν, αὐτό. οὐκοῦν ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, καὶ αὐτὸ τὸ φιλεῖν ἡ φύσις σοι δέδωκεν. ἡ δ' αὐτὴ λέγει, ἄφες αὐτὸ ἤδη, καὶ μηκέτι πρᾶγμα ἔχε.

πθ. Ἐὰν νέος τελευτᾷ τὸν βίον, ἐγκαλεῖ τοῖς θεοῖς, ὅτι δέον αὐτὸν ἤδη ἀναπεπαῦσθαι, πρᾶγμα ἔχει. καὶ οὖν, ὅταν προσίῃ ὁ θάνατος, ζῆν βούλεται, καὶ πέμπει παρὰ τον ἰατρὸν, καὶ δεῖται αὐτοῦ μηδὲν ἀπολιπεῖν προθυμίας καὶ ἐπιμελείας. θαυμαςοί, ἔφη, ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτε ἀποθνήσκειν.

ϙ. Τοῦ πλείονος βίου, φαυλοτέρου ὄντος, τὸν ἐλάσσω, ἀμείνονα ὄντα, παντὶ πάντως προαιρετέον.

ϙα. Πλούτῳ μὲν δὴ χρηςέον ὡς ὕλῃ τινὸς, οὐκ ἐπὶ παντὸς ὁμοίως.

ϙβ. Ἀρετὴν οὖν πᾶσι μᾶλλον εὐκτέον, ἢ πλοῦτον, ἀνοήτοις σφαλερόν. ὑπὸ γὰρ χρημάτων αὔξεται κακία. καὶ ὅσῳ τὶς ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει, τὸ λυσσῶδες αὐ-

Sed Deo me inſervire oportet: ideoque maneo, & ſuſtineo miſerum hoc corpusculum lavare, paſcere, tegere. Cum autem junior eſſem, etiam aliud quidpiam mihi imperabat, quod tamen ipſum ſuſtinebam. Quare igitur non ſuſtinetis, cum natura corpus, quod nobis dederat, aufert? Amo, inquit, ipſum. Quare etiam, quod nunc dicebam, ipſum amorem tibi natura dedit. Sed eadem dicit; Dimitte jam iſtud, nec amplius occupator.

LXXXIX. Cum juvenis è vita excedit, deos incuſat; quod jam ſibi quieſcendum ſit, cum negotiis eſt implicitus. Itaque cum mors accedit, vivere vult, & ad medicum mittit, ipſumque rogat, ne propenſum ſuum animum, ac diligentiam deſiderari patiatur. Mirabiles, inquiebat, homines ſunt, quod nec vivere, nec mori velint.

XC. Longiori vitæ, ſed pejori, breviorem, cum melior fuerit, quisque præferre omnino debet.

XCI. Divitiis utendum eſt tanquam alicujus materiâ, non ubique ſimiliter.

XCII. Virtus igitur omnibus optanda potius, quàm divitiæ, quæ ſtolidis ſunt periculoſæ. Vitium quippe pecuniis augetur. Et quo quis ſtultior fuerit, eo

lu-

αὐτοῦ τῶν ἡδονῶν ἐκπληροῦν ἔχων.

ϟγ. Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδ᾽ ὑπονοοῦ ποιεῖν.

ϟδ. Ἀσφαλὴς πᾶς τόπος τῷ ζῶντι μετὰ δικαιοσύνης.

ϟε Οἱ μὲν κόρακες, τῶν τετελευτηκότων τοὺς ὀφθαλμοὺς λυμαίνονται, ὅταν οὐδὲν αὐτῶν ἐστι χρεία· οἱ δὲ κόλακες, τῶν ζώντων τὰς ψυχὰς διαφθείρουσι, καὶ ταύτης ὄμματα τυφλώττουσιν.

ϟϛ. Πιθήκου ὀργὴν, καὶ κόλακος ἀπειλὴν, ἐν ἴσω θετέον.

ϟζ. Ἀποδέχου τοὺς τὰ χρηστὰ συμβουλεύειν ἐθέλοντας, ἀλλὰ μὴ τοὺς κολακεύειν ἑκάστοτε σπεύδοντας. οἱ μὲν γὰρ τὸ συμφέρον ἐν ἀληθείᾳ ὁρῶσιν· οἱ δὲ πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς κρατοῦσιν ἀφορῶσι, καὶ τῶν σωμάτων τὰς σκιὰς μιμούμενοι, τοῖς παρ᾽ αὐτῶν λεγομένοις συνεύουσι.

ϟη. Οὔτε μάχαιραν ἀμβλεῖαν, οὔτε παῤῥησίαν ἄτακτον ἔχειν δεῖ.

ϟθ. Τὸν νουθετοῦντα δεῖ πρῶτον τῆς τῶν νουθετουμένων αἰδοῦς τε καὶ αἰσχύνης ἐπιμελεῖσθαι. οἱ γὰρ ἀπερυθριάσαντες, ἀδιόρθωτοι.

ρ. Κρεῖττον τὸ νουθετεῖν τοῦ ὀνειδίζειν. τὸ μὲν γὰρ ἤπιόν τε καὶ φίλον. τὸ δὲ σκληρόν

τε

luxuriosior; quod, quo voluptatum suarum rabiem explere possit, habeat.

XCIII. Quæ facere non oportet, ea ne cogitato quidem facere.

XCIV. Omnis locus homini cum justitia viventi tutus est.

XCV. Corvi mortuorum oculos corrumpunt, quando nullus eorum usus est: at adulatores vivorum animos perdunt, & animæ oculos excæcant.

XCVI. Simii iram, & minas adulatoris, eodem loco ponas.

XCVII. Suscipe illos, qui utilia consulere volunt; non autem eos qui ubique adulari student. Illi enim, quod utile, revera vident; hi verò ad ea, quæ potentibus placent, respiciunt, corporumque umbras imitantes, omnibus illorum dictis adsentiuntur.

XCVIII. Neque obtusum gladium, neque immoderatam confidentiam habere oportet.

XCIX. Monitor illud in primis curare debet, ut eorum, qui monendi erunt, pudori consulat & verecundiæ. Qui enim pudore non adficiuntur, corrigi nequeunt.

C. Præstat monere quàm convitium facere. Illud enim lenitatis & amicitiæ

τε κ) ὑβριςικόν. κ) τὸ μὲν, διορθοῖ τὰς ἁμαρτάνοντας· τὸ δὲ, μόνον ἐξελέγχει.

ρα. Παῖδας μὲν ὄντας ἡμᾶς οἱ γονεῖς παιδαγωγῷ παρέδοσαν, ἐπιβλέποντι πανταχῦ πρὸς τὸ μὴ βλάπτεσθαι· ἄνδρας δὲ γενομένους ὁ Θεὸς παραδίδωσι τῇ ἐμφύτῳ συνειδήσει φυλάττειν. ταύτης ὖν τ φυλακῆς μηδαμῶς καταφρονητέον. ἐπεὶ κ) τῷ Θεῷ ἀπάρεςοι, καὶ τῷ ἰδίῳ συνειδότι ἐχθροὶ ἐσόμεθα.

ρβ. Ἀνανεύσθω ὁ περὶ Θεῦ λόγ⊛ καθ᾽ ἡμέραν, μᾶλλον ἢ τὰ σιτία.

ργ. Συνεχέςερον νόει τ Θεὸν, ἢ ἀνάπνει.

ρδ. Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ὦ ἐργάζῃ κατὰ ψυχὴν ἢ σῶμα, Θεὸς ἐφέςηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σῦ ταῖς προσδ.χαῖς, κ) ταῖς πράξεσιν, ὖ μὴ ἁμάρτης· ἕξεις δὲ τ Θεὸν σύνοικον.

ρε. Ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν· ὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τ πόνων.

ρς. Νόμ⊛ βύλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων· ὖ δύναται δὲ, ὅταν αὐτοὶ βύλωνται πάσχειν. ἐν γὰρ τοῖς πειθομένοις ἐνδείκνυται τὴν ἰδίαν ἀρετήν.

ρζ. Ὥσπερ τοῖς νοσῦσιν ἰατροὶ σωτῆρες; ὕτω κ) τοῖς ἀδικυμένοις οἱ νόμοι.

ρη. Νόμοι ἀληθέςατοι οἱ δικαιότατοι.

ρθ.

plenum; hoc verò durum, & contumeliosum. Illud item peccantes corrigit; hoc verò solùm redarguit.

CI. Parentes pueros nos pædagogo tradiderant, qui ubique observaret, ne quid læderemur: Deus autem jam viros insitæ conscientiæ custodiendos tradit. Hæc igitur custodia nequaquam contemnenda est: quoniam & Deo hoc displiceret, & conscientiæ propriæ hostes essemus.

CII. Sermo de Deo quotidie magis renovetur, quàm ipsi cibi.

CIII. Crebriùs Deum cogitato, quàm respirato.

CIV. Si perpetuò memineris, Deum spectatorem tibi adesse, quidquid agas, sive anima, sive corpore, in omnibus tuis & precationibus & actionibus, non peccabis; & Deum cohabitatorem habebis.

CV. Uti jucundum est è terra mare spectare; ita à periculis liberato jucundum, meminisse laborum.

CVI. Legis scopus est, bene mereri de vita hominum: non potest autem, cum ipsi malis adfligi volunt. Solis enim obedientibus virtutem suam ostendit.

CVII. Uti ægrotantibus servatores sunt medici; sic injuriam passis, leges.

CVIII. Leges verissimæ sunt quæ justissimæ.

ρθ. Νόμῳ, κ̀ ἄρχοντι, καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν, κόσμιον.

ρι. Τὰ παρὰ νόμον γινόμενα, ἀντὶ μὴ γινομένων ἐστί.

ρια. Μηδεὶς φρονίμων τοῦ ἄρχειν ἀλλοτριούσθω. καὶ γὰρ ἀσεβές, τὸ ἀποσπᾶν ἑαυτὸν τῆς τῶν δεομένων εὐχρηστίας· κ̀ ἀγεννές, τοῖς φαύλοις παραχωρεῖν. ἀνόητον γὰρ, τὸ αἱρεῖσθαι κακῶς ἄρχεσθαι μᾶλλον, ἢ καλῶς ἄρχειν.

ριβ. Οὐδὲν ἄλλο ἡγεμόνι πρέπει, ἢ τό μηδένα ὑπερηφανεῖν, μηδὲ ἀβρύνεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἴσου πάντων προΐστασθαι.

ριγ. Τοὺς υἱούς σου σπούδαζε πεπαιδευμένους μᾶλλον, ἢ πλουσίους καταλιπεῖν. κρείττους γάρ εἰσιν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ἢ ὁ τῶν ἀμαθῶν πλοῦτος.

ριδ. Πατρὸς ὕβρις, ἡδὺ φάρμακον. πλέον γὰρ ἔχει τὸ ὠφελοῦν τοῦ δάκνοντος.

ριε. Τοὺς ἄφρονας ὁ χρόνος· τοὺς δὲ φρονίμους ὁ λόγος, τῆς λύπης ἀπαλλάττει.

ρις. Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει. ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷς ἔχει.

ριζ. Ἐπίκτητος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις τὸν ἐχθρὸν λυπήσῃ, ἔφη· ἑαυτὸν παρασκευάζων βέλτιστα πράττειν.

ριη.

CIX. Legi, & principi, & ſapientiori cedere, decorum eſt.

CX. Quæ præter legem fiunt, pro infectis habentur.

CXI. Nemo prudens refugiat magiſtratu fungi. Eſt enim impium, abſtrahere ſeſe à bono uſu eorum, quæ fieri oportet: & ignobile, improbis concedere. Stultum eſt enim, velle potius malè gubernari, quàm bene gubernare.

CXII. Nihil aliud magis eum qui præeſt decet, quàm deſpicere neminem, nec inſoleſcere; ſed omnibus ex æquo præeſſe.

CXIII. Stude ut filios tuos eruditos magis, quàm opulentos relinquas. Præſtant enim eruditorum expectationes indoctorum divitiis.

CXIV. Patris convitium, ſuave eſt remedium. Plus enim juvat quàm mordet.

CXV: Inſipientes tempus; ſapientes autem ratio, mœrore liberat.

CXVI. Sapit qui non triſtatur ob ea quæ non habet; ſed gaudet iis quæ habet.

CXVII. Epictetus interrogatus, quomodo quis hoſti dolorem excitare poſſit; ſi quis, inquiebat, ſe comparet, ut optima agat.

ριη. Τὸν λογισμὸν, ὥς περ ἰατρὸν ἀγαθὸν, ἐπικαλεῖσθαι δεῖ ἐν ἀτυχίᾳ βοηθόν.

ριθ. Εὐτυχίας, ὥς περ μέθης, ἄφρων ἐπὶ πλεῖον ἀπολαύσας, ἀνοητότερος γίνεται.

ρκ. Τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνιστὴς ὁ φθόνος.

ρκα. Ο῾ μεμνημένος τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπ᾽ οὐδενὶ τῶν συμβαινόντων δυσχεραίνει.

ρκβ. Τῆς εὐτυχίας, ὥς περ ὀπώρας, παρούσης ἀπολαύειν δεῖ.

ρκγ. Α᾽λόγιστός ἐστιν, ὁ ἐν τοῖς συμβαίνουσι κατὰ φυσικὴν ἀνάγκην ἀχθόμενος.

ρκδ. Ε᾽ν πενίᾳ μέν τις διετέλεσεν εὐδαίμων· ὡς ἥκιστα δὲ πλούτῳ, καὶ ἀρχαῖς. τοσοῦτον ὑπερχίρει πενίας ἀγαθὸν, ὥς τ᾽ αἰσχροῦ πλούτου νόμιμος ἀνὴρ οὐδὲις ἀλλάξαιτ᾽ ἂν πενίαν. εἴγε μὴ τὸ ποτε ἀθηναίων ὁ πλησιώτατος, ἀμείνων ἦν ἀριστείδου καὶ σωκράτους, θεμιστοκλῆς ὁ νεοκλέους, ἐν πενίᾳ τῆς ἀρετῆς. ὁ δὲ πλοῦτος ἐκείνου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐξίτηλός τε καὶ ἀνώνυμος. φαύλῳ γὰρ ἅμα τῷ θανάτῳ πάντα συνοίχεται. τὸ δὲ καλὸν, αἰώνιον.

ρκε. Ο῎τι τοιαύτη ἡ τοῦ κόσμου φύσις καὶ ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται. καὶ οὐχ οἷόν τε ἄλλως γί-

CXVIII. Rationem, tanquam bonum medicum, in infortunio adjutorem invocare oportet.

CXIX Stultus bonâ fortunâ, tanquam ebrietate, nimium fruens, ſtultior evadit.

CXX. Fortunatorum antagoniſta eſt invidia.

CXXI. Qui meminerit quid ſit homo, nullam rem, quæcunque acciderit, ægre feret.

CXXII. Proſperitate, tanquam autumno, dum adeſt, frui oportet.

CXXIII. Ratione caret, qui quæ naturali neceſſitate accidunt, indignanter fert.

CXXIV. In paupertate quispiam felix ætatem exegit; rariſſime verò in divitiis, & magiſtratibus. Tantùm excellit paupertatis bonum, ut nemo vir juſtus paupertatem cum turpibus divitiis commutatam velit: niſi fortè olim Athenienſium ditiſſimus, Themiſtocles, Neoclis filius, in egeſtate virtutis, melior fuit Ariſtide & Socrate. Opulentia verò ejus & ipſa evanuit, celebrarique deſiit. Improbo enim viro unà cum morte omnia aufugiunt; honeſtum autem eſt æternum.

CXXV. Talis natura mundi fuit, eſt, eritque. Nec aliter, quæ fiunt, fieri

γίγνεσθαι τὰ γιγνόμενα, ἢ ὡς νῦν ἔχει. καὶ ὅτι ταύτης τῆς τροπῆς καὶ μεταβολῆς οὐ μόνον οἱ ἄνθρωποι μετειλήφασιν, καὶ τἄλλα ζῶα τὰ ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα. καὶ νὴ δί' αὐτὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄνω καὶ κάτω τρέπεται. καὶ μεταβάλλει. καὶ γῆ τε ὕδωρ γίνεται· καὶ ὕδωρ, ἀήρ. οὗτος δὲ πάλιν εἰς ἕτερα μεταβάλλει. καὶ ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς μεταβολῆς ἄνωθεν κάτω. ἐὰν πρὸς ταῦτά τις ἐπιχειρῇ τρέπειν τὸν νοῦν, καὶ πείθειν ἑαυτὸν ἑκόντα δέχεσθαι τὰ ἀναγκαῖα, πάνυ μετρίως καὶ μουσικῶς διαβιώσεται τὸν βίον.

ρκς. Ὁ τοῖς παροῦσι καὶ δεδομένοις ὑπὸ τῆς τύχης δυσχεραίνων, ἰδιώτης ἐν βίῳ· ὁ δὲ ταῦτα γενναίως φέρων, καὶ εὐλογίστως τὰ ἀπ' αὐτῶν, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἄξιος νομίζεσθαι.

ρκζ. Πάντα ὑπακούει τῷ κόσμῳ, καὶ ὑπηρετεῖ, γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ ἥλιος, καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα, καὶ τὰ γῆς φυτὰ, καὶ ζῶα. ὑπακούει δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα, καὶ νοσοῦν, καὶ ὑγιαῖνον, ὅταν ἐκεῖνος θέλῃ, καὶ νεάζον, καὶ γηρῶν, καὶ τὰς ἄλλας διερχόμενον μεταβολάς. οὐκοῦν εὔλογον, καὶ ὃ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τουτέστι, τὴν κρίσιν, μὴ ἀντιτείνειν μόνην πρὸς αὐτόν. καὶ γὰρ ἰσχυρός ἐστι, καὶ κρείσσων, καὶ ἄμεινον ὑπὲρ ἡμῶν βεβούλευται μετὰ τῶν ὅλων,

καὶ

possunt, quàm ut nunc se habent. Et hujus conversionis, mutationisque, non solùm homines, aliæque in terra animantes, sed & ipsa divina participant. Enimverò ipsa quatuor elementa sursum ac deorsum aguntur, & commutantur, & terra in aquam mutatur; aqua in aerem; hic autem rursus vertitur in alia. Atque idem mutationis modus superne fit deorsum. Si quis ad ista animum adpellere conetur, ac sibi persuadere, ut, quæ necessaria sunt, sponte suscipiat, prorsus moderate concinneque hic vitam transiget.

CXXVI. Rudis & imperitus ille in vita est, qui res præsentes, & à fortuna datas indignanter fert: qui verò easdem generosè fert, & bona cum ratione iis, quæ ab ipsa dantur, utitur, vir bonus haberi meretur.

CXXVII. Omnia obediunt mundo, & inserviunt; terra, & mare, & sol, reliquaque sidera, & terræ stirpes, & animalia. Sed & nostrum corpus ei obedit, & ægrotum, & sanum, cum ille voluerit, juvenile item & senile, aliasque mutationes transiens. Quamobrem rationi consentaneum, ut id quoque quod in nostra est potestate, hoc est, judicium, non solum ei refragetur. Etenim

va-

καὶ ἡμεῖς συνδιοικῶν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἡ ἀντίπραξις μετὰ τοῦ ἀλόγου, καὶ πλέον οὐδὲν ποιοῦσα, πλὴν τὸ διακενῆς σπᾶσθαι, καὶ περιπίπτειν ὀδύναις, καὶ λύπαις, ποιεῖ.

ρκη. Ἀλλὰ γίνεταί τινα ἀηδῆ καὶ χαλεπὰ ἐν τῷ βίῳ. καὶ τί ὄιει, ὅτι ὁ ἡρακλῆς ἂν ἀπέβη τοιοῦτος, εἰ μὴ λέων οὗτος ἐγένετο, καὶ ὕδρα, καὶ ἔλαφος, καὶ σῦς, καὶ ἄδικοί τινες ἄνθρωποι, καὶ θηριώδεις, οὓς ἐκεῖνος ἐξήλαυνε, καὶ ἐκάθαιρε; καὶ σὺ τούτων αἰσθανόμενος, βλέψον εἰς τὰς δυνάμεις, καὶ ἀφορμὰς, δι' ὧν κοσμήσεις σαυτόν. οὔ. ἀλλὰ κάθησθε, τὰ μὲν, μὴ συμβῇ, τρέμοντες· περὶ δὲ τῶν συμβαινόντων, ὀδυρόμενοι. εἶτα τοῖς θεοῖς ἐγκαλεῖτε. τί γάρ ἐστιν ἄλλο ἀκόλουθον τῇ τοιαύτῃ ἀγεννείᾳ, ἢ ἀσέβεια; καὶ τοι ὅγε θεὸς οὐ μόνον ἔδωκεν ἡμῖν τὰς δυνάμεις ταύτας, καθ' ἃς οἴσομεν πᾶν τὸ ἀποβαῖνον, μὴ ταπεινούμενοι, μηδὲ συγκλώμενοι· ἀλλ' ὃ ἦν ἀγαθοῦ βασιλέως, καὶ ταῖς ἀληθείαις πατρὸς, ἀκώλυτον τοῦτο ἔδωκε, καὶ ὅλον αὐτὸ ἐφ' ἡμῖν ἐποίησε.

validus est, & præstantior, & melius nobis consulit, cum universitate rerum nos quoque simul gubernans. Ad hæc repugnatio quæ absque ratione fit, præterquam quod nihil aliud efficit, quàm ut in vanum torqueamur, in dolores etiam & mœrores incidere facit.

CXXVIII. Sed accidunt ingrata quædam, & molesta in vita. Et quid censes, Herculem evasurum fuisse talem, nisi leo ille fuisset, & hydra, & cervus, & aper; & injusti quidam, immanesque homines, quos ipse expulit, & interfecit? Atque hæc tute animadvertens, respice ad facultates & occasiones, quibus teipsum ornes. Hoc autem minime facitis; sed sedetis, alia, ne contingant metuentes; alia, quæ jam contigerunt, deplorantes. deinde deos incusatis. Quid enim aliud ignobilem hujusmodi animum sequetur, quàm impietas? Atqui Deus non solùm nobis dedit istas facultates, quibus quemlibet eventum sustineremus, non dejecto, neque confracto animo; sed, quod boni regis erat, & revera patris, liberum id dedit, & totum istud nostræ voluntatis arbitrio subjecit.

ῬΗΓΙ´ΝΟΥ.

Καθάπερ δὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς οὐκ ἔστι θεάσασθαι ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ ὄψει· οὕτω καὶ ἔτι μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ διανοίᾳ.

RHEGINI.

Quemadmodum ſolis lumen imbecillo ac debili viſu adſpici nequit: ſic quoque multò magis veritatem imbecilla ac invalida mente inſpicere non datur.

ΚΕ΄ΒΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙ΄ΟΥ
ΠΙ΄ΝΑΞ.

CEBETIS THEBANI
TABULA.

Græcè & Latinè.

ΚΕ'ΒΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙ'ΟΥ

ΠΙ'ΝΑΞ.



'Τυγχάνομεν περιπατȣ̃ντες ἐν τῷ τȣ̃ κρόνȣ ἱερῷ, ἐν ᾧ πολλὰ μὲν κὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωρȣ̃μεν. ἀνέκειτο δὲ κὶ πίναξ τὶς ἔμπροσθε τȣ̃ νεὼ, ἐν ᾧ ἦν γραφή τις ξένη, καὶ μύθȣς ἔχȣσα ἰδίȣς, ȣ̃ς ȣ̓κ ἠδυνάμεθα συμβαλεῖν, τίνες, καὶ πόθεν ἦσαν. ȣ̓́τε γὰρ πόλις ἐδόκει ἡμῖν εἶναι τὸ γεγραμμένον, ȣ̓́τε ϛρατόπεδον. ἀλλὰ περίβολ☉ ἦν, ἐν αὐτῷ ἔχων ἑτέρȣς περιβόλȣς δύο. ὁ μὲν, μείζω. ὁ δὲ, ἐλάττω. ἦν δὲ καὶ πύλη ἐπὶ τȣ̃ πρώτȣ περιβόλȣ. πρὸς δὲ τῇ πύλῃ ὄχλ☉ ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεϛάναι ἔνδον δὲ τȣ̃ περιβόλȣ, πλῆθός τι γυναικῶν ἑωρᾶτο. ἐπὶ δὲ τῆς εἰσόδȣ τȣ̃ πρώτȣ πυλῶν☉ καὶ περιβόλȣ, γέρων τὶς ἑϛὼς, ἔμφασιν ἐποίει, ὡς προσάττων τὶ τῷ εἰσιόντι ὄχλῳ. ἀπορȣ́ντων δὲ ἡμῶν περὶ τῆς μυθολογίας πρὸς ἀλλήλȣς πολὺν χρόνον, πρεσβύτης τὶς παρεϛὼς. ȣ̓δὲν δεινὸν πάσχετε, ὦ ξένοι, ἔφη, ἀπορȣ̃ντες περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. ȣ̓ γὰρ τῶν ἐπιχωρίων

CEBETIS THEBANI
TABULA.



Ortè in Saturni sacello deambulantes, cùm alia multa in eo donaria spectabamus; tùm tabulam quandam paulò altius ante templum positam, in qua pictura quædam erat peregrina, & quæ peculiares fabulas contineret; cujusmodi autem, & unde, istæ essent, conjicere non poteramus. Neque enim, quod pictum erat, urbs nobis esse videbatur, neque castra; sed septum erat, alia duo intra se septa continens; majus, alterum; alterum, minus. Porta etiam erat in primo septo; atque ad hanc portam multa turba adstare videbatur. Intra septum autem multitudo quædam mulierum conspiciebatur. Cæterum in primæ portæ, ac septi, aditu, senex quidam stabat, qui indicium faciebat, quasi ingredienti turbæ aliquid præciperet. Cùm autem de illius fabulæ explicatione diu inter nos ambigeremus,

ρίων πολλοὶ ἴσασι, τί ποτε αὕτη ἡ μυθολογία δύναιτο. οὐ γάρ ἐστι πολιτικὸν ἀνάθημα, ἀλλὰ ξένος τὶς πάλαι ποτὲ ἀφίκετο δεῦρο, ἀνὴρ ἔμφρων, καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν, λόγῳ δὲ καὶ ἔργῳ πυθαγόρειόν τινα καὶ παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον, ὅς τό, τε ἱερὸν τοῦτο, καὶ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε τῷ κρόνῳ. πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, καὶ αὐτὸν τὸν ἄνδρα γιγνώσκεις ἑωρακώς; καὶ ἐθαύμασά γε, ἔφη, αὐτὸν πολὺν χρόνον. νεώτερος γὰρ ὢν, πολλὰ καὶ σπουδαῖα διελέγετο· καὶ περὶ ταύτης δὲ τῆς μυθολογίας πολλάκις αὐτοῦ ἠκηκόειν διεξιόντος. πρὸς διὸς τοίνυν, ἔφην ἐγὼ, εἰ μή τίς σοι μεγάλη ἀσχολία τυγχάνει οὖσα, διήγησαι ἡμῖν. πάνυ γὰρ ἐπιθυμοῦμεν ἀκοῦσαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ μῦθος. οὐδεὶς φθόνος, ὦ ξένοι, ἔφη. ἀλλὰ τοῦτο δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ὅτι ἐπικίνδυνόν τι ἔχει ἡ ἐξήγησις. διόν τι; ἔφην ἐγώ. ὅτι εἰ μὲν προσέξητε, ἔφη, καὶ συνήσετε τὰ λεγόμενα, φρόνιμοι καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθε· εἰ δὲ μὴ, ἄφρονες, καὶ κακοδαίμονες, καὶ πονηροὶ, καὶ ἀμαθεῖς γενόμενοι, κακῶς βιώσεσθε. ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῷ τῆς σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προὔβαλλετο τοῖς ἀνθρώποις. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ συνίη τὶς, ἐσώζετο. εἰ δὲ μὴ συνίη, ἀπώλλυτο ὑπὸ τῆς σφιγγός. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ταύτης· ἡ γὰρ ἀφροσύνη τοῖς ἀνθρώποις σφίγξ ἐστιν· αἰνίττε-

ſenex quidam adſtans: Nihil miri, inquit, ò hoſpites, vobis accidit, quod hujus picturæ ſignificationem non adſequimini. Nam & ex indigenis multi ignorant, quam hujus picturæ explicatio vim habeat. Nec enim civitatis eſt donarium; ſed hoſpes aliquis olim huc advenerat, vir cordatus, magnâque ſapientiâ præditus, ſermone autem & opere Pythagoréam aliquam, & Parmenidéam vitam æmulatus, qui & templum hoc, & picturam Saturno dedicavit. Num igitur, inquam ego, & ipſum virum, utpote à te viſum, noſti? Etiam longo, inquit, tempore eum fui admiratus. Quamvis enim junior eſſet, de multis & eximiis rebus diſputabat; & de hujus quoque fabulæ ſignificatione ſæpe ipſum audivi differentem. Per Jovem igitur, inquam ego, niſi magnum aliquod tibi negotium eſt, fabulam nobis explica: audire enim admodum cupimus, quidnam hoc fabulæ ſit. Nullâ invidiâ, o hoſpites, inquit, tangor: ſed hoc vos audire oportet, periculi aliquid habere explicationem. Cujuſmodi? inquam ego. Quoniam, inquit, ſi animadverteritis quæ dicuntur, & intellexeritis, prudentes, & beati eritis: ſin minus, inſipientes, & infelices, ac improbi, indoctique, male vivetis. Quippe Sphingis æni-

τεται δὲ καὶ τάδε, τί ἀγαθὸν, τί κακὸν, τί ὔτε ἀγαθὸν ὔτε κακόν ἐςιν ἐν τῷ βίῳ. ταῦτ᾽ ὖν ἐαν μή τις συνίῃ, ἀπόλλυλαι ὑπ᾽ αὐτῆς ὐκ εἰσάπαξ, ὥσπερ ὁ ὑπὸ τῆς σφιγ͂γὸς καταβρωθεὶς ἀπέθνησκεν, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καταφθείρεται, καθάπερ οἱ ἐπὶ τιμωρίᾳ παραδιδόμενοι, ἂν δέ τις γνῷ, ἀνάπαλιν ἡ μὲν ἀφροσύνη ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ μακάριος, καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ. ὑμεῖς ὖν προσέχετε, καὶ μὴ παρακούετε. ὦ ἡράκλεις, ὡς εἰς μεγάλην τινὰ ἐπιθυμίαν ἐμβέβληκας ἡμᾶς, εἰ ταῦθ᾽ ὕτως ἔχει. ἀλλ᾽ ἔςιν, ἔφη, ὕτως ἔχοντα. ὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγέμενος, ὡς ἡμῶν προσεξόντων ὐ παρέργως, ἐπείπερ καὶ τὸ ἐπιτίμιον τοιῦτόν ἐςιν. ἀναλαβὼν ὖν ῥάβδον τινὰ, καὶ ἐκτείνας πρὸς τὴν γραφὴν, ὁρᾶτε, ἔφη, τὸν περίβολον τῦτον; ὁρῶμεν. τῦτο πρῶτον δεῖ εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι καλεῖται ὁ τόπος ὗτος βίος. καὶ ὁ ὄχλος ὁ πολὺς, ὁ παρὰ τὴν πύλην ἐφεςὼς, οἱ μέλλοντες εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν βίον, ὗτοί εἰσιν. ὁ δὲ γέρων, ὁ ἄνω ἑςηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ, ὥσπερ δεικνύων τὶ, ὗτος δαίμων καλεῖται. προςάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. καὶ δεικνύει, ποίαν ὁδὸν αὐτὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλυσιν ἐν τῷ βίῳ.

gmati hæc explicatio ſimilis eſt, quod illa hominibus proponebat: illud enim ſi quis intelligeret, ſalvus evadebat; ſi non intelligeret, à Sphinge necabatur. Similiter in hac explicatione ſe res habet. Amentia enim hominibus Sphinx eſt: obſcurè autem & hæc innuit, quid bonum in vita ſit quid malum; quid nec bonum nec malum. Quæ quidem ſi quis non intelligat, ab ea perimitur non ſemel, uti à Sphinge devoratus moriebatur; ſed paulatim in tota vita abſumitur, ſicut illi, qui lento ſupplicio excruciandi traduntur. At ſi quis iſta cognòrit, vice versâ Amentia perit, ipſe autem ſalvus evadit, & beatus ac felix omnem vitam tranſigit. Vos igitur attendite, nec obiter auſcultate. Proh Hercules, in quantum nos deſiderium conjeciſti, ſiquidem hæc ita ſe habent. Omnino verò, inquit, hæc ita ſe habent. Quin igitur nobis iſta ſtatim explicas, non ſupinè auſculttaturis, ſiquidem & pæna tanta propoſita eſt. Ille igitur arreptâ virgâ quâdam, eâque ad picturam extensâ; Videtis, inquit, hocce ſeptum? Videmus. Quod primum vos ſcire oportet, hic locus Vita adpellatur: ac multa illa turba, quæ portæ adſtat, iſti ſunt, qui in vitam ſunt ingreſſuri. Senex autem, qui ſtat ſuperiùs, chartam aliquam una manu tenens, & alterâ quaſi aliquid oſten-

βίῳ. ποίαν οὖν ὁδὸν κελεύει βαδίζειν, ἢ πῶς; ἔφην ἐγώ. ὁρᾷς εἶπε, παρὰ τὴν πύλην, θρόνον τινὰ κείμενον κατὰ τὸν τόπον τοῦτον, καθ' ὃν εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος, ἐφ' οὗ κάθηται γυνὴ πεπλασμένη τῷ εἴδει, καὶ πιθανὴ φαινομένη, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα ποτήριόν τι; ὁρῶ. ἀλλὰ τίς ἐστιν αὕτη; ἔφην. ἀπάτη καλεῖταί, φησιν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. εἶτα, τί πράττει αὕτη; τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸν βίον ποτίζει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει. τοῦτο δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; πλάνη, ἔφη, καὶ ἄγνοια. εἶτα τί; πιόντες τοῦτο, πορεύονται εἰς τὸν βίον. πότερον οὖν πάντες πίνουσι τὸν πλάνον, ἢ οὔ; πάντες πίνουσιν, ἔφη· ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖον. οἱ δὲ ἧττον. ἔτι δὲ οὐχ ὁρᾷς ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυναικῶν ἑταιρῶν, παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν; ὁρῶ. αὗται τοίνυν δόξαι, καὶ ἐπιθυμίαι, καὶ ἡδοναὶ, καλοῦνται. ὅταν οὖν εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος, ἀναπηδῶσιν αὗται, καὶ συμπλέκονται πρὸς ἕκαστον· εἶτα ἀπάγουσι. ποῖ δὲ ἀπάγουσιν αὐτούς; αἱ μὲν, εἰς τὸ σώζεσθαι, ἔφη· αἱ δὲ, εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι, διὰ τὴν ἀπάτην. ὦ δαιμόνιε, ὡς χαλεπὸν τὸ πόμα λέγεις; καὶ πᾶσαί γε, ἔφη, ἐπαγγέλλονται, ὡς ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἄξουσαι, καὶ εἰς βίον εὐδαίμονα, καὶ λυσιτελῆ· οἱ δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον, ὃν πεπώκασι παρὰ τῆς ἀπάτης, οὐχ εὑρίσκουσι,

ποία

dens; hic Genius vocatur. Præcipit autem ingredientibus, quid eos facere oporteat, ubi in vitam ingressi fuerint: et, quam viam ipsos oporteat insistere, si salvi in vita esse velint, ostendit. Quam igitur, inquam ego, viam insistere jubet, aut quomodo? Viden', inquit, ad portam solium quoddam positum hoc loco, ubi turba ingreditur, cui mulier fucatâ formâ insidet, quæ persuadendi facultate prædita videatur, manu poculum quoddam tenens? Video, inquam; sed quænam ea est? Seductio, inquit, vocatur, quæ omnes homines in errorem inducit. Porrò, quid hæc agit? In vitam ingredientibus vim suam propinat. Sed potio illa quænam est? Error, inquit, et inscitia. Quid præterea? Hoc poculo exhausto in vitam eunt. Num verò omnes errorem bibunt, annon? Omnes, inquit, bibunt: sed plus alii; alii minus. sed viden' præterea intra portam mulierum meretricum multitudinem quandam, omnigenas formas habentium? Video. Hæ ergo, Opiniones, et Cupiditates, et Voluptates adpellantur. Cùm igitur turba ingreditur, prosiliunt illæ, et ad singulos se adplicant; deinde eos abducunt. Quò verò eos abducunt? Aliæ, inquit, ut serventur; aliæ ut pereant, propter seductionem. O admirande, quam

ποία ἐςὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς, ἡ ἐν τῷ βίῳ· ἀλλὰ πλανῶνται εἰκῆ, ὥς περ ὁρᾷς, καὶ τὰς πρότερον εἰσπορευομένους, ὡς περιάγονται, ὅπη ἂν αὗται δεικνύωσιν; ὁρῶ τοῦτο, ἔφην. ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐςιν, ἡ ὥς περ τυφλὴ, καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἑςηκυῖα ἐπὶ λίθου τινὸς ςρογγύλου; καλεῖται μὲν, ἔφη, τύχη. ἔςι δὲ οὐ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μαινομένη, καὶ κωφή. αὕτη οὖν τί ἔργον ἔχει; περιπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη, καὶ παρ' ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἑτέροις δίδωσι· παρὰ δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται παραχρῆμα, ἃ δέδωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῆ καὶ ἀβεβαίως. διὸ καὶ τὸ σημεῖον καλῶς μηνύει τὴν φύσιν αὐτῆς. ποῖον τοῦτο; ἔφην ἐγώ. ὅτι ἐπὶ ςρογγύλου λίθου ἕςηκεν. εἶτα, τί τοῦτο συμαίνει; ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς, οὐδὲ βεβαία ἐςὶν ἡ παρ' αὐτῆς δόσις· ἐκπτώσεις γὰρ μεγάλαι, καὶ σκληραὶ γίγνονται, ὅτάν τις αὐτῇ πιςεύσῃ· ὁ δὲ ὄχλος, ὁ πολὺς οὗτος, ὁ περὶ αὐτὴν ἑςηκὼς, τί βούλεται, καὶ τίνες καλοῦνται; καλοῦνται καὶ οὗτοι ἀπροβούλευτοι, αἰτοῦσι δὲ ἕκαςος αὐτῶν, ἃ ῥίπτει. πῶς οὖν οὐχ ὁμοίαν ἔχουσι τὴν μορφὴν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν δοκοῦσι χαίρειν· οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν, ἐκτετακότες τὰς χεῖρας; οἱ μὲν δοκοῦντες, ἔφη, χαίρειν καὶ γελᾷν αὐτῶν, οἱ εἰληφότες τι παρὰ τῆς τύχης εἰσίν· οὗτοι δὲ καὶ ἀγαθὴν τύχην αὐ-

acerbam potionem iſtam dicis? Atqui omnes, inquit, pollicentur, ad optima ſe quemque perducturas, et ad vitam beatam ac commodam: illi autem ob inſcitiam, et errorem, quem à Seductione hauſerunt, non inveniunt, quæ ſit vera illa via quam in vita inſiſtere oporteat; ſed temere, uti oves, errant. Viden' quoque prius ingreſſos, ut circumagantur, quo iſtæ monſtrent? Id, inquam, video. At mulier illa quænam eſt, quæ quaſi cæca, et inſana quædam eſſe videtur, rotundo alicui lapidi inſiſtens? Adpellatur, inquit, Fortuna: eſt autem non ſolùm cæca, ſed inſana etiam, ac ſurda. Quodnam igitur ejus munus eſt? Paſſim, inquit, vagatur, et aliis quidem facultates eripit, quæ aliis largitur; ſed ab iisdem iterum iſta, quæ dederat, ſtatim aufert, aliisque temere ac inconſtanter donat. Quare et ſignum iſtud pulchrè ingenium ejus indicat. Ecquod illud ſignum? inquam ego. Quod rotundo lapidi inſiſtit. Cæterùm quid hoc ſignificat? Munus ab ea profectum non eſſe certum, firmumque. Magni enim, durique caſus ſuccedunt, ſi quis illi credat. At illa multa turba, quæ Fortunam circumſtat, quid vult, et quo nomine adpellantur? Etiam hi adpellantur Incolſulti. Petunt autem eorum quisque, quæ illa

αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ δοκοῦντες κλαίειν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτετακότες, εἰσὶ παρ' ὧν ἀφείλετο, ἃ δέδωκε πρότερον αὐτοῖς· οὗτοι πάλιν κακὴν τύχην αὐτὴν καλοῦσι. τίνα οὖν ἐστιν, ἃ δίδωσιν αὐτοῖς, ὅτι οὕτως οἱ μὲν λαμβάνοντες, χαίρουσιν· οἱ δὲ ἀποβάλλοντες, κλαίουσι; ταῦτα, ἔφη, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀγαθά. ταῦτα οὖν τίνα ἐστί; πλοῦτος δηλαδὴ, καὶ δόξα, καὶ εὐγένεια, καὶ τέκνα, καὶ τυραννίδες, καὶ βασιλεῖαι, καὶ τἄλλα, ὅσα τούτοις παραπλήσια. ταῦτα οὖν πῶς οὐκ ἔστιν ἀγαθά; περὶ μὲν τούτων, ἔφη, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα. νῦν δὲ περὶ τὴν μυθολογίαν γενώμεθα. ἔστω οὕτως. ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθοις τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον, καὶ γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας, κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταῖραι εἰώθασι; καὶ μάλα. αὗται τοίνυν, ἡ μὲν ἀκρασία καλεῖται· ἡ δὲ, ἀσωτία· ἡ δὲ, ἀπληστία· ἡ δὲ, κολακεία. τί οὖν ὧδε ἑστήκασιν αὗται; παρατηροῦσιν, ἔφη, τοὺς εἰληφότας τι παρὰ τῆς τύχης. εἶτα τί; ἀναπηδῶσι, καὶ συμπλέκονται αὐτοῖς, καὶ κολακεύουσι, καὶ ἀξιοῦσι παρ' αὐταῖς μένειν, λέγουσαι, ὅτι βίον ἕξουσιν ἡδὺν, καὶ ἄπονον, καὶ κακοπάθειαν ἔχοντα οὐδεμίαν. ἐὰν οὖν τις πεισθῇ ὑπ' αὐτῶν, εἰς τὴν ἡδυπάθειαν, μέχρι μέν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ διατριβὴ, ἕως ἂν γαργαλίζῃ

τὸν

projicit. Quî igitur non similî vultu sunt; sed eorum alii gaudere videntur; animum dejiciunt, tensis manibus? Qui ex his, inquit, gaudere ac ridere videntur, sunt, qui aliquid a fortuna acceperunt; qui quoque Bonam Fortunam eam nominant: at qui plorare videntur, ac manus tendisse, sunt, à quibus illa abstulit, quæ ipsis ante dederat; qui contrà Malam Fortunam ipsam adpellant. Quæ igitur ea sunt, quæ ipsis donat; quòd, qui accipiunt, ita lætentur; at qui perdunt, plorent? Illa, inquit, quæ plerisque hominibus bona esse videntur. Quænam verò illa sunt? Divitiæ scilicet, et gloria, ac nobilitas: insuper liberi, et imperia, ac regna, aliaque, quæ his adsimilia. Hæc igitur quomodo non sunt bona? De his quidem, inquit, et posthac disputabimus; nunc circa fabulæ enarrationem versemur. Esto ita. Viden' igitur, ubi hanc portam præterieris, superius aliud septum, et mulieres extra septum stantes, ornatas, uti meretrices solent. Admodum, inquam. Harum igitur alia incontinentia vocatur; alia, Luxuria, alia inexplebitas; alia, Adulatio. Quid ergò hic iste adstant? Observant, inquit, eos qui a fortuna quippiam acceperunt. Quid deinde? Exiliunt, et ad illos se adplicant, iisque adulantur, et petunt,

τὸν ἄνθρωπον· εἶτ᾽ ὐκ ἔςιν. ὅταν γὰρ ἀναινήψῃ, αἰσθάνεται, ὅτι ὐκ ἤσθιεν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ αὐτῆς κατησθίετο, καὶ ὑβρίζετο. διὸ καὶ, ὅταν ἀναλώσῃ πάντα, ὅσα ἔλαβε παρὰ τῆς τύχης, ἀναγκάζεται ταύταις ταῖς γυναιξὶ δυλεύειν, καὶ πάνθ᾽ ὑπομένειν, καὶ ἀσχημονεῖν, καὶ ποιεῖν ἕνεκεν τύτων ὅσα ἐςὶ βλαβερά· οἷον, ἀποςερεῖν, ἱεροσυλεῖν, ἐπιορκεῖν, προδιδόναι, λῄζεσθαι, καὶ πάνθ᾽ ὅσα τύτοις παραπλήσια. ὅταν ὖν πάντα αὐτοῖς ἀπολείπῃ, παραδίδονται τῇ τιμωρίᾳ. ποία δέ ἐςιν αὕτη; ὁρᾷς ὀπίσω τὶ αὐτῶν, ἔφη, ὥσπερ θύριον μικρὸν, καὶ τόπον ςενόν τινα, καὶ σκοτεινόν; ὐκῦν καὶ γυναῖκες αἰσχραὶ, καὶ ῥυπαραὶ, καὶ ῥάκη ἠμφιεσμέναι δοκῦσι συνεῖναι; καὶ μάλα. αὗται τοίνυν, ἔφη, ἡ μὲν, τὴν μάςιγα ἔχυσα, καλεῖται τιμωρία· ἡ δὲ, τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχυσα, λύπη· ἡ δὲ, τὰς τρίχας τίλλυσα ἑαυτῆς, ὀδύνη. ὁ δ᾽ ἄλλος ὖτος, ὁ παρεςηκὼς αὐταῖς, δυσειδής τις καὶ λεπτὸς, καὶ γυμνός· καὶ μετ᾽ ταῦτά τις ὁμοία αὐτῷ, αἰσχρὰ καὶ λεπτὴ, τίς ἐςιν; ὁ μὲν, ὀδυρμὸς καλεῖται, ἔφη· ἡ δὲ, ἀδελφὴ αὐτῦ, ἀθυμία. τύτοις ὖν παραδίδοται, καὶ μετὰ τύτων συμβιοῖ τιμωρύμενος. εἶτα πάλιν ἐνταῦθεν εἰς ἕτερον οἶκον ῥίπτεται, εἰς τὴν κακοδαιμονίαν, καὶ ὧδε τὸν λοιπὸν βίον καταςρέφει, ἐν πάσῃ κακοδαιμονίᾳ, ἂν μὴ μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ

tunt, ut apud se maneant, dicentes; vitam jucundam, labore ac adflictatione vacuam acturos. Quod si quis igitur ad perfruendas voluptates persuadeatur, aliquamdiu jucunda videtur esse ea consuetudo, quandiu hominem titillaverit: postea secus adparet. Ubi enim evigilaverit, se non comedisse, sed potius ab ea comesum fuisse, & contumeliis adfectum, sentit. Quare etiam, cum omnia, quæ à Fortuna acceperat, insumserit, his mulieribus servire cogitur, omniaque perpeti, & indecorè se gerere, & harum gratiâ flagitiosa perpetrare: ut, defraudare, sacrilegium facere, pejerare, prodere, prædas agere, & quecunque his adfinia sunt. Quando autem ipsis omnia defecerint, traduntur Ultioni. Et quænam hæc est? Viden' pone illas paullùm, inquit, quasi ostiolum exiguum, et locum quendam angustum, ac caliginosum. Video. Ergòne et mulieres adesse videntur foede, et sordidæ et laceris vestibus indutæ? Ita sanè: Harum igitur, inquit, illa quæ flagellum manu tenet, vocatur Ultio; ista, quæ caput genibus imposuit, Mœstitia; hæc, quæ capillos sibi evellit, Anxietas. Sed alter ille, qui mulieribus adstat, deformis quidam, et macer, ac nudus; et pone illum quædam ipsi similis, turpis ac gracilis, quisnam est? ille, inquit, ploratus voca-

τῆς τύχης συναντήσῃ. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν ἡ μετάνοια αὐτῷ συναντήσῃ, ἐξαίρει αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ συνίστησιν αὐτῷ ἑτέραν δόξαν, καὶ ἐπιθυμίαν, τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἄγουσαν· ἅμα δὲ καὶ τὴν εἰς τὴν ψευδοπαιδείαν καλουμένην. εἶτα τί γίγνεται; ἐὰν μέν, φησι, τὴν δόξαν ταύτην προσδέξηται, τὴν ἄγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, καθαρθεὶς ὑπ᾽ αὐτῆς, σώζεται, καὶ μακάριος, καὶ εὐδαίμων γίγνεται ἐν παντὶ τῷ βίῳ· εἰ δὲ μή, πάλιν πλανᾶται ὑπὸ τῆς ψευδοπαιδείας. ὦ ἡράκλεις, ὡς μέγας ὁ κίνδυνος ἄλλος οὗτος. ἡ δὲ ψευδοπαιδεία, ποία ἐστίν; ἔφην ἐγώ. οὐχ ὁρᾷς τὸν ἕτερον περίβολον ἐκεῖνον; καὶ μάλα, ἔφην ἐγώ. οὐκοῦν ἔξω τοῦ περιβόλου παρὰ τὴν εἴσοδον, γυνή τις ἕστηκεν, ἣ δοκεῖ πάνυ καθαρὰ, καὶ εὔτακτος εἶναι; καὶ μάλα. ταύτην τοίνυν οἱ πολλοὶ, καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων, παιδείαν καλοῦσιν. οὐκ ἔστι δέ. ἀλλὰ ψευδοπαιδεία, ἔφη. οἱ μὲν τοι σωζόμενοι, ὁπόταν βούλωνται εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἐλθεῖν, ὧδε πρῶτον παραγίγνονται. πότερον οὖν ἄλλη ὁδὸς οὐκ ἔστιν, ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἄγουσα; ἔστιν, ἔφη. οὗτοι δὲ οἱ ἄνθρωποι, οἱ ἔσω τοῦ περιβόλου ἀνακάμπτοντες, τίνες εἰσίν; οἱ τῆς ψευδοπαιδείας, ἔφη, ἐρασταὶ, ἠπατημένοι, οἰόμενοι μετὰ τῆς ἀληθινῆς παιδείας συνομιλεῖν· τίνες οὖν καλοῦν-

λοῦν-

catur; hæc autem, quæ ejus ſoror, Exanimatio. His itaque traditur, et cum his pænas dans, vitam agit. Deinde rurſus hinc in aliam domum projicitur, in Miſeriam, atque hic reliquum vitæ exigit, in omni miſeria, niſi Poenitentia ipſi forte fortuna occurrerit. Quid deinde fit? Si Poenitentia ipſi occurrat, ex iis malis ipſum eripit, aliamque ipſi opinionem commendat, et cupiditatem, quæ ad Veram Diſciplinam ducit: ſed ſimul quoque eam commendat opinionem, quæ ducit ad Falſam, quæ vocatur, Diſciplinam. Quid tum fit? Siquidem, inquit, hanc opinionem amplectatur, quæ ad Veram Diſciplinam ipſum perducit, ab ea purgatus, ſervatur, et beatus, ac felix in omni vita exiſtit: ſin minus, iterum à Falſa Diſciplina ſeducitur. Proh Hercules, quàm grande et alterum hoc periculum! Hæc autem, inquam ego, falſa Diſciplina, quænam eſt? Annon vides, inquit, alterum illud ſeptum? Equidem video, inquam. Nonne extra id ſeptum ad aditum, mulier quæ piam ſtat, quæ valde munda, et compoſita eſſe videtur? Plane, inquam, ita eſt. Hanc igitur multi ac vani hominum Diſciplinam vocant: non tamen, inquit, ea eſt, ſed Falſa Diſciplina. Attamen qui ſervantur, quando ad veram Diſciplinam ve-
ni-

λοῦνται οὗτοι; οἱ μὲν, ποιηταὶ, ἔφη· οἱ δ', ῥήτορες· οἱ δ', διαλεκτικοί. οἱ δ', μουσικοί· οἱ δὲ, ἀριθμητικοί· οἱ δ', γεωμέτραι· οἱ δὲ, ἀστρολόγοι· οἱ δὲ, ἡδονικοί· οἱ δὲ, περιπατητικοί· οἱ δ', κριτικοὶ· καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις εἰσὶ παραπλήσιοι. αἱ δὲ γυναῖκες ἐκεῖναι, αἱ δοκοῦσαι περιτρέχειν, ὅμοιαι ταῖς πρώταις, ἐν αἷς ἔφης εἶναι τὴν ἀκρασίαν, καὶ αἱ ἄλλαι, αἱ μετ' αὐτῶν, τίνες εἰσίν; αὗται ἐκεῖναί εἰσιν, ἔφη. πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται; νὴ δία, καὶ ὧδε· σπανίως δὲ, καὶ οὐχὶ ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. πότερον οὖν καὶ αἱ δόξαι; ναὶ, ἔφη. ἔτι μὲν γὰρ καὶ ἐν τούτοις τὸ πόμα, ὃ ἔπιον παρὰ τῆς ἀπάτης, καὶ ἡ ἄγνοια μένει νὴ δία, καὶ μετ' αὐτῆς γε ἡ ἀφροσύνη. καὶ οὐ μὴ ἀπέλθῃ ἀπ' αὐτῶν οὔθ' ἡ δόξα, οὔθ' ἡ λοιπὴ κακία, μέχρις ἂν ἀπογνόντες τῆς ψευδοπαιδείας, εἰσέλθωσιν εἰς τὴν ἀληθινὴν ὁδὸν, καὶ πίωσι τὴν τούτου καθαρτικὴν δύναμιν, καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι, καὶ τὰς δόξας, καὶ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν κακίαν· τότε ἂν οὕτω σωθήσονται. ὧδε δ' μένοντες παρὰ τῇ ψευδοπαιδείᾳ, οὐδέποτε ἀπολυθήσονται, οὐδ' ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων. ποία οὖν αὕτη ἡ ὁδός ἐστιν, ἡ φέρουσα ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν; ὁρᾷς, ἔφη, ἄνω τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπικατοικεῖ, ἀλλ'

nire volunt, huc primum accedunt. Numquid igitur alia via nulla est, quæ ad Veram Disciplinam ducat? Est, inquit. Hi verò homines, qui intra septum remeant quinam sunt? Falsæ, inquit, Disciplinæ amatores, decepti, dum Veræ Disciplinæ consuetudine se uti putant. Quibus verò nominibus isti adpellantur? Alii, inquit, Poetæ; alii, Rhetores; alii, Dialectici; alii, Musici; alii, Arithmetici; alii, Geometræ; alii Astrologi; alii, Voluptarii; alii Peripatetici; alii, Critici, & quicunque alii his similes existunt. Verum istæ mulieres quæ circumcursare videntur; primis similes, in quibus esse ajebas Incontinentiam; cæteræque cum illis versantes; quænam sunt? Illæ ipsæ sunt, inquit. Numquid igitur et huc commeant? Per Jovem, et huc. Rarò tamen, nec ita uti in primo septo. Utrum verò & Opiniones. Certe, inquit. Namque et in his, per Jovem, potio illa adhuc, quam à Seductione hauserant, adeoque Inscitia manet, cumque ea Amentia. Neque verò ab illis recesserit aut Opinio, aut reliqua vitiorum caterva, antequam repudiata falsa Disciplina, in veram viam ingressi fuerint, et poculum, istius potionis purgandæ vim habens, biberint, ejecerintque quæcunque habent mala, et opiniones, atque inscitiam, omnemque reliquam

pra-

ἀλλ' ἔρημος δοκεῖ εἶναι; ὁρῶ. οὐκοῦν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν, καὶ ὁδόν τινα πρὸς τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, ὥσπερ δυσανόδου τινὸς, καὶ τραχείας, καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης; καὶ μάλα, ἔφην. οὐκοῦν καὶ βουνός τις ὑψηλὸς δοκεῖ εἶναι, καὶ ἀνάβασις στενὴ πάνυ, καὶ κρημνοὺς ἔχουσα ἔνθεν κἀκεῖθεν βαθεῖς; ὁρῶ. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἔφη, ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν· καὶ μάλα γε χαλεπὴ προσιδεῖν. οὐκοῦν καὶ ἄνω γε, περὶ τὸν βουνὸν, ὁρᾷς πέτραν μεγάλην, καὶ ὑψηλὴν, κύκλῳ ἀπόκρημνον; ὁρῶ, ἔφην. ὁρᾷς οὖν καὶ γυναῖκας δύο, ἑστηκυίας ἐπὶ τῆς πέτρας, λιπαρὰς, καὶ εὐεκτούσας τῷ σώματι, καὶ ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας προθύμως; ὁρῶ· ἀλλὰ τίνες καλοῦνται, ἔφην, αὗται; ἡ μὲν ἐγκράτεια καλεῖται, ἔφη ἡ δὲ, καρτερία. εἰσὶ δὲ ἀδελφαί. τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκτετάκασιν οὕτω προθύμως; παρακαλοῦσιν, ἔφη, τοὺς παραγινομένους ἐπὶ τὸν τόπον, θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ἀποδειλιᾷν, λέγουσαι· ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτούς. εἶτα ἥξουσιν εἰς ὁδὸν καλήν. ὅταν οὖν παραγένωνται ἐπὶ τὴν πέτραν, πῶς ἀναβαίνουσιν; ὁρῶ γὰρ ὁδὸν φέρουσαν οὐδεμίαν ἐπ' αὐτήν. αὗται ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ προσκαταβαίνουσι, καὶ ἕλκουσιν αὐτοὺς ἄνω πρὸς ἑαυτάς· εἶτα κελεύουσιν αὐτοὺς διαναπαύ-

pravitatem, tum demum ita salvi evaserint. At si hic apud falsam Disciplinam maneant, nunquam exsolventur; nec harum doctrinarum causâ ullum iis malum deerit. Cujusmodi igitur hæc via est, quæ ad Veram Disciplinam ducit? Viden', inquit, superiùs locum quendam, illum ubi nullus habitat, sed qui desertus esse videtur. Video. Nonne & januam quandam parvam, viamque aliquam ad januam quæ parum à turba teritur: valdè enim pauci hac incedunt, ut quæ adscensu difficilis, et aspera, ac saxosa esse videatur? Admodum, inquam, video. Annon & collis quispiam excelsus esse videtur, & adscensus arctus admodum, profunda hinc et illinc præcipitia habens? Video. Hæc igitur, inquit, via est, quæ ad veram Disciplinam ducit; quam etiam inspicere quis horreat. Porrò viden' quoque supra, circa collem, magnam, & excelsam, circumcirca præruptam rupem? Video, inquam. Vides præterea duas mulieres, supra rupe stantes, nitidas, & bona corporis habitudine, & quam alacriter manus protenderint? Video: sed quæ illarum, inquam, sunt nomina? Altera inquit, Continentia vocatur; altera, Tolerantia. Sunt autem sorores. Quid igitur manus promtè adeo protenderunt? Hortantur, inquit, eos, qui ad hoc loci veniunt, ut bono animo atque intrepido sint,

παύσασθαι. καὶ μετὰ μικρὸν διδόασιν ἰσχὺν καὶ θάρσος, καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτοὺς καταςῆσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδέιαν, καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ὡς ἔςι καλή τε καὶ ὁμαλὴ, καὶ εὐπόρευτος, καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥς περ ὁρᾷς. ἐμφαίνει, νὴ Δία. ὁρᾷς οὖν, ἔφη, καὶ ἔμπροσθε τοῦ ἄλσους ἐκείνου τόπον τινὰ, ὃς δοκεῖ καλός τε εἶναι, καὶ λειμωνοειδὴς, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος; καὶ μάλα. κατανοεῖς οὖν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ λειμῶνος περίβολον ἕτερον, καὶ πύλην ἑτέραν; ἔςιν οὕτως. ἀλλὰ τίς καλεῖται ὁ τόπος οὗτος; εὐδαιμόνων οἰκητήριον, ἔφη. ὧδε γὰρ διατρίβουσιν αἱ ἀρεταὶ πᾶσαι, καὶ ἡ εὐδαιμονία. εἶεν, ἔφην ἐγὼ, ὡς καλὸν τὸν τόπον εἶναι. οὐκοῦν παρὰ τὴν πύλην ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι γυνὴ τίς ἐςι καλὴ, καὶ καθεςηκυῖα τὸ πρόσωπον, μέση δὲ καὶ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, ςολὴν δ' ἔχουσα ἁπλῆν, καὶ ἀκαλλώπιςον; ἕςηκε δὲ οὐκ ἐπὶ ςρογγύλου λίθου, ἀλλ' ἐπὶ τετραγώνου, ἀσφαλῶς κειμένου. καὶ μετὰ ταύτης ἄλλαι δύο εἰσί. θυγατέρες τινὲς δοκοῦσιν εἶναι. ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. τούτων τοίνυν ἡ μὲν ἐν τῷ μέσῳ, παιδέια ἐςίν· ἡ δὲ, ἀλήθεια· ἡ δὲ, πειθώ. τί δὲ ἕςηκεν ἐπὶ λίθου τετραγώνου αὕτη; σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε, καὶ βεβαία, ἡ πρὸς αὐτὴν ὁδός ἐςι τοῖς ἀφικνουμένοις, καὶ τῶν διδομένων ἀσφα-

dicuntque; Paululum adhuc ipsis esse tolerandum. In bonam viam deinde venturos. Ubi ergo ad rupem venerint, quomodo adscendunt? neque enim ullam semitam video, quæ eò ducat. Illæ de præcipitio descendunt, eosque sursum ad se trahunt: deinde eos quiescere jubent. & paulò post conferunt iis robur, ac fiduciam, & pollicentur, se ad veram Disciplinam eos perducturas: monstrant interim ipsis viam, ut & amœna sit, & plana, & expedita, & ab omni malo pura, quemadmodum vides. Adparet, per Jovem. Viden' verò, inquit, & ante istum saltum locum quendam, qui amœnus esse videtur, & pratum specie præfert, multoque lumine illustratur? Admodum. Num ergo & in prato medio septum aliud animadvertis, & portam aliam? Ita est. Sed quomodo hic locus adpellatur? Beatorum domicilium, inquit. Hic enim vitam agunt virtutes omnes, ipsaque Beatitudo. Sic sane necesse est, inquam ego, amœnum esse locum. Vides igitur ad portam, inquit, mulierem quandam pulcram, vultu composito, mediâ autem & statâ jam ætate, simplici amictu absque lenocinio indutam? Insistit autem non rotundo, sed quadrato lapidi, firmiter posito: duas item cum ea alias, quæ filiæ ipsius esse videntur? Hæc ita se habere adparet. Ha-

φαλῆς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι. καὶ τίνα ἐστὶν, ἃ δίδωσιν αὕτη; θάρσος, καὶ ἀφοβία, ἔφη ἐκεῖνος. ταῦτα δὲ τίνα ἐστίν; ἐπιστήμη, ἔφη, τοῦ μηδὲν ἄν ποτε δεινὸν παθεῖν ἐν τῷ βίῳ. ἡράκλεις, ὡς καλὰ, ἔφην, τὰ δῶρα. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ περιβόλου ἕστηκεν οὕτως; ὅπως τοὺς παραγενομένους, ἔφη, θεραπεύῃ, καὶ ποτίζῃ τῇ καθαρτικῇ δυνάμει. εἶθ' ὅταν καθαρθῶσιν, οὕτως αὐτοὺς εἰσάγῃ πρὸς τὰς ἀρετάς. πῶς τοῦτο, ἔφην ἐγώ; οὐ γὰρ συνίημι. ἀλλὰ συνήσεις, ἔφη. ὡς ἂν εἴ τις φιλοτίμως κάμνων ἐτύγχανε, πρὸς τὸν ἰατρὸν ἂν δήπου γενόμενος, πρότερον καθαρτικοῖς ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα. εἶτα οὕτως ἂν αὐτὸν ὁ ἰατρὸς εἰς ἀνάληψιν, καὶ ὑγίειαν, καθέστηκεν. εἰ δὲ μὴ ἐπείθετο οἷς ἐπέταττεν, εὐλόγως ἂν δήπου ἀπωσθεὶς ἐξώλετο ὑπὸ τῆς νόσου. ταῦτα συνίημι, ἔφην ἐγώ. τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον, ἔφη, καὶ πρὸς τὴν παιδείαν ὅταν τις παραγίγνηται, θεραπεύει αὐτὸν, καὶ ποτίζει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, ὅπως ἐκκαθάρῃ πρῶτον, καὶ ἐκβάλῃ τὰ κακὰ πάντα, ὅσα ἔχων ἦλθε. ποῖα ταῦτα; τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον, ὃν ἐπεπώκει παρὰ τῆς ἀπάτης, καὶ τὴν ἀλαζονείαν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, καὶ τὸν θυμὸν, καὶ τὴν φιλαργυρίαν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ὧν ἐνεπλήσθη ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. ὅταν

οὖν

rum igitur illa, quæ in medio consistit, Disciplina est; ista, Veritas; hæc, Suada. Quid verò hæc quadrato lapidi insistit? Signum, inquit, est, adeuntibus viam ad eam esse certam, firmamque, nec minus certò ab accipientibus possideri quæ ab ea dantur. Et quæ sunt illa, quæ hæc donat? Fiducia, & Timoris vacuitas, inquit ille. Hæc autem quænam sunt? Scientia, inquit, nihil unquam in vita grave patiendi. Deum immortalem, inquam, quam pulchra illa sunt dona. Sed quamobrem ita stat extra septum? Ut accedentibus, inquit, medeatur, & vim purgatricem propinet: & posteaquam purgati fuerint, sic eos ad virtutes introducat. Quomodo illud, inquam ego? neque enim intelligo. At intelliges, inquit. Quemadmodum si quis fortè morbo graviter laborans, & ad medicum veniens, priùs purgantibus medicamentis omnia, quæ morbo causam dederunt, ejiceret; sic purgatum postea medicus viribus ac sanitati restitueret; sin iis, quæ præciperentur, non paruerit, meritò rejectus, morbo perierit. Hæc intelligo, inquam ego. Ad eundem igitur, inquit, modum, ad Disciplinam quoque si quis accesserit, medicinam ipsi facit, et vim suam propinat, ut expurget primum, ac ejiciat omnia mala, quæ secum attulit. Quænam hæc? Ignorantiam, atque Errorem,

ὂν καθαρθῇ, ποῦ αὐτὸν ἀποςέλλει; ἔνδον, ἔφη, πρὸς τὴν ἐπιςήμην, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. ποίας ταύτας; οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ἔσω τῆς πύλης χορὸν γυναικῶν, αἱ εὐειδεῖς δοκοῦσιν εἶναι, καὶ εὔτακτοι, καὶ ςολὴν ἀτρύφερον, καὶ ἁπλῆν ἔχουσιν· ἔτι τε ὡς ἄπλαςοί εἰσι, καὶ οὐδαμῶς κεκαλλωπισμέναι, ὥς περ αἱ ἄλλαι; ὁρῶ, ἔφην. ἀλλὰ τίνες αὗται καλοῦνται; ἡ μὲν πρώτη, ἐπιςήμη, ἔφη, καλεῖται· αἱ δὲ ἄλλαι, ταύτης ἀδελφαὶ, ἀνδρεία, καὶ δικαιοσύνη, καλοκἀγαθία, σωφροσύνη, εὐταξία, ἐλευθερία, ἐγκράτεια, πρᾳότης. ὦ κάλλιςαι, ἔφην ἔγωγε· ὡς ἐν μεγάλῃ ἐλπίδι ἐσμέν. ἐὰν συνῆτε, ἔφη, καὶ ἕξιν περιποιήσησθε ὧν ἀκούετε. ἀλλὰ προσέξομεν ὡς μάλιςα, ἔφην ἔγωγε. τοιγαροῦν, ἔφη, σωθήσεσθε. ὅταν οὖν παραλάβωσιν αὐτὸν αὗται, ποῦ ἀπάγουσι; πρὸς τὴν μητέρα, ἔφη. αὕτη δὲ τίς ἐςιν; εὐδαιμονία, ἔφη. ποία δέ ἐςιν αὕτη; ὁρᾷς τὴν ὁδὸν ἐκείνην, τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο, ὅ ἐςιν ἀκρόπολις τῶν περιβόλων πάντων; ὁρῶ. οὐκοῦν ἐπὶ τοῦ προπυλαίου γυνὴ καθεςηκυῖα, εὐειδής τις, κάθηται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, κεκοσμημένη ἐλευθέρως, καὶ ἀπεριέργως, καὶ ἐςεφανωμένη ςεφάνῳ εὐανθεῖ πάνυ καλῶς; ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. αὕτη τοίνυν ἐςὶν ἡ εὐδαιμονία, ἔφη. ὅταν οὖν ὧδέ τις παραγένηται, τί ποιεῖ; ςεφανοῖ αὐτὸν, ἔφη,

τῇ

quem à Seductione hauserat, & adrogantiam, & cupiditatem, & incontinentiam, & iram, & Avaritiam, & reliqua omnia, quibus in primo septo imbutus fuerat. Quando igitur purgatus fuerit, quò ipsum ablegat? Intrò, inquit, ad Scientiam, & ad reliquas virtutes. Quas verò illas? Annon vides, inquit, intra portam, chorum mulierum, quæ bonâ formâ videntur esse, & compositis moribus, & amictu simplici, minimeque luxurioso decoræ: præterea ut non fucatæ, & nequaquam, uti reliquæ, ornatæ incedant? Video, inquam. Sed quæ sunt harum nomina? Prima, inquit, Scientia vocatur: cæteræ, hujus sorores, sunt Fortitudo, & Justitia, Benignitas, temperantia, Modestia, Libertas, Continentia, Mansuetudo. O pulcherrimas, inquam ego! quàm magna in spe sumus! Si intellexeritis, inquit, eorumque, quæ auditis, habitum adquisiveritis. Enimverò attendemus quàm maximè, inquam ego. Quare, inquit, salvi evadetis. Cùm igitur hunc acceperint illæ, quò abducunt? Ad matrem, inquit. Hæc verò quæ est? Beatitudo, inquit. At quænam est illa? Vides viam istam, quæ ad fastigium illud, quod omnium septorum arx est, ducit? Video. Nonne in propylæo formosa quædam mulier, ætate integra, in alto solio se-

τῇ ἑαυτῆς δυνάμει ἡ εὐδαιμονία, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι ἀρεταὶ, ὥσπερ τὺς νενικηκότας τὺς μεγίςυς ἀγῶνας. καὶ ποίυς ἀγῶνας νενίκηκεν αὐτός; ἔφην ἐγώ. τὺς μεγίςυς, ἔφη· καὶ τὰ μέγιςα θηρία, ἃ πρότερον αὐτὸν κατήσθιε, καὶ ἐκόλαζε, καὶ ἐποίει δῦλον. ταῦτα πάντα νενίκηκε, καὶ ἀπέῤῥιψεν ἀφ' ἑαυτῦ, καὶ κεκράτηκεν ἑαυτῦ, ὥστε ἐκεῖνα νῦν τύτῳ δυλεύυσι, καθάπερ ὗτος ἐκείνοις πρότερον. ποῖα λέγεις ταῦτα τὰ θηρία; πάνυ γὰρ ἐπιθυμῶ ἀκῦσαι. πρῶτον μὲν, ἔφη, τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον. ἢ ὐ δοκεῖ σοι θηρία ταῦτα εἶναι; καὶ πονηρά γε, ἔφην ἐγώ. εἶτα τὴν λύπην, καὶ τὸν ὀδυρμὸν, καὶ τὴν Φιλαργυρίαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, καὶ τὴν λοιπὴν ἅπασαν κακίαν. πάντων τύτων κρατεῖ, καὶ ὐ κρατεῖται, ὥς περ τὸ πρότερον. ὢ καλῶν ἔργων, ἔφην ἐγὼ, καὶ καλλίςης νίκης. ἀλλ' ἐκεῖνο ἔτι μοὶ εἰπὲ, τίς ἡ δύναμις τῦ ςεφάνυ, ᾧ ἔφης ςεφανῦσθαι αὐτὸν; εὐδαιμονικὴ, ὦ νεανίσκε. ὁ γὰρ ςεφανωθεὶς ταύτῃ τῇ δυνάμει, εὐδαίμων γίνεται, καὶ μακάριος, καὶ ὐκ ἔχει ἐν ἑτέροις τὰς ἐλπίδας τῆς εὐδαιμονίας, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ. ὡς καλὸν τὸ νίκημα λέγεις. ὅταν ᾗ ςεφανωθῇ, τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; ἄγυσιν αὐτὸν, ὑπολαβῦσαι αἱ ἀρεταὶ, πρὸς τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἦλθε πρότερον, καὶ δεικνύυσιν αὐτῷ τὺς ἐκεῖ

δια-

sedet, liberaliter ornata, ac sine fuco, eaque coronâ floridâ admodum bellè redimita? Id ita esse adparet. Hæc igitur est illa Beatitudo, inquit. Cum igitur huc quis advenerit, quid agit? Coronat ipsum, inquit, sua vi Beatitudo, & reliquæ virtutes omnes, ut qui maximis certaminibus victor evaserit. At cujusmodi ille certaminibus victor extitit? inquam ego. Maximis, inquit; & feras maximas, quæ priùs ipsum devorabant, & cruciabant, & servum faciebant, devicit. Hæc, inquam, devicit omnia & à se projecit, & sui compos factus est; adeo ut illa jam huic, quemamodum hic ante illis, serviant. Quasnam illas feras dicis? hoc enim audire admodum cupio. Primùm, inquit, Ignorantiam, & Errorem. annon verò hæ tibi feræ esse videntur? Et verò pessimæ; inquam ego. Deinde Mœstitiam & Ploratum, & Avaritiam, & Incontinentiam, & reliquam omnem pravitatem. His omnibus imperat, nec ab ulla ipsi, uti antè, imperatur. O pulchra facinora, inquam ego, & pulcherrimam victoriam! Cæterùm illud insuper mihi dic; quænam vis est ejus coronæ, qua eum coronari ajebas? Quæ beatum efficiat, ò juvenis. qui enim hac vi coronatus fuerit, felix est, & beatus, nec in aliis spes felicitatis habet; sed in

se-

διατρίβοντας, ὡς κακῶς καὶ ἀθλίως ζῶσι, καὶ ὡς ναυαγᾶσιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ πλανῶνται, καὶ ἄγονται καταϰεκρατημένοι, ὥς περ ὑπὸ πολεμίων· οἱ μὲν ὑπ' ἀκρασίας· οἱ δ' ὑπ' ἀλαζονείας· οἱ δ' ὑπὸ φιλαργυρίας· οἱ δ' ὑπὸ κενοδοξίας· ἕτεροι δ' ὑφ' ἑτέρων κακῶν, ἐξ ὧν ἐ δύνανται ἐκλῦσαι ἑαυτὲς τῶν δεινῶν, οἷς δέδενται, ὥς τε σωθῆναι, καὶ ἀφικέσθαι ὧδε· ἀλλὰ ταράττονται διὰ παντὸς τῦ βίε· τῦτο δ' πάσχεσι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἐνθάδε ὁδὸν εὑρεῖν. ἐπελάθοντο γὰρ τὸ παρὰ τῦ δαιμονίε πρόσταγμα. ὀρθῶς μοι δοκεῖς λέγειν. ἀλλὰ καὶ τῦτο πάλιν ἀπορῶ, διὰ τί δεικνύεσιν αὐτῷ τὸν τόπον ἐκεῖνον αἱ ἀρεταὶ, ὅθεν ἥκει τὸ πρότερον; ἐκ ἀκριβῶς ᾔδει, ἐδ' ἠπίστατο, ἔφη, ἐδ' ἓν τῶν ἐκεῖ, ἀλλ' ἐκεδοίαζε, καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸν πλάνον, ὃν δὴ ἐπεπώκει, τὰ μὴ ὄντα ἀγαθὰ, ἐνόμιζεν ἀγαθὰ εἶναι, καὶ τὰ μὴ ὄντα κακὰ, κακά. διὸ καὶ ἔζη κακῶς, ὥς περ οἱ ἄλλοι, οἱ ἐκεῖ διατρίβοντες. νῦν δ' ἀπειληφὼς τὴν ἐπιστήμην τῶν συμφερόντων, αὐτός τε καλῶς ζῇ, καὶ τούτες θεωρεῖ, ὡς κακῶς πράσσεσιν. ἐπειδὰν ἐν θεωρήσῃ πάντα, τί ποιεῖ, ἢ ποῖ βαδίζει; ὅπε ἂν βούληται, ἔφη. πανταχῦ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥς περ τὸ κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι. καὶ πανταχῦ ἐ ἂν ἀφίκηται, πάντα καλῶς βιώσεται, μετὰ

πάσης

semetipso. Ut pulchram victoriam dicis! Postquam verò coronatus fuerit, quid facit, aut quò abit? Suscipiunt ipsum virtutes, & ad illum locum ducunt, ex quo priùs advenerat, eique ostendunt, qui ibi versantur, quàm malam ac miseram vitam degant, & ut in vita naufragium faciant, aberrentque, & quasi capti ab hostibus agantur: alii, ab Incontinentia; alii; ab Adrogantia; alii, ab Avaritia; alii, à Vana Gloria; alii, ab aliis malis: è quibus difficultatibus, quibus constricti tenentur, se exsolvere nequeant, ut serventur, atque huc adveniant; sed tota vita turbentur. Atque hoc ipsis evenit, quod viam, quæ huc ducit, invenire nequeant. quippe præcepti illius obliti sunt, quod ipsis Genius dederat. Rectè mihi dicere videris. Sed de hoc iterum ambigo; quare ipsi locum illum, è quo priùs venerat, virtutes monstrent? Nihil eorum, quæ ibi essent, inquit, accuratè noverat, aut sciebat; sed animo hærens, propter Inscitiam, atque Errorem, quem biberat, ea, quæ bona non erant, bona esse censebat; et mala, quæ non erant mala. Ideoque malè vivebat, uti reliqui, qui ibi versantur. Nunc autem, postquam scientiam eorum, quæ conducunt, adeptus est; & ipse bene vivit, & illos,

quàm

πάσης ἀσφαλείας. ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες· καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ πάσχοντες. πότερον ἂν κἀκείνας τὰς γυναῖκας, ἃς ἔφης θηρία εἶναι, ἐκ ἔτι φοβεῖται, μή τι πάθῃ ὑπ' αὐτῶν; ἐδὲν ἐ μὴ διοχληθήσεται, ἔτε ὑπὸ ὀδύνης, ἔτε ὑπὸ λύπης, ἔτε ὑπ' ἀκρασίας, ἔτε ὑπὸ φιλαργυρίας, ἔτε ὑπὸ πενίας, ἔτε ὑπ' ἄλλε κακῦ ἐδενός. ἁπάντων γὰρ κυριεύει, καὶ ἐπάνω πάντων ἐςὶ τῶν πρότερον αὐτὸν λυπένων· καθάπερ οἱ ἐχιόδηκτοι. τὰ γὰρ θηρία δήπε, πάντας τὲς ἄλλες κακοποιῦντα μέχρι θανάτε, ἐκείνες ἐ λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον αὐτὲς τῦτο. καὶ τῦτον ἐδὲν λυπεῖ, διὰ τὸ ἔχειν ἀντιφάρμακον. καλῶς ἐμοὶ δοκεῖς λέγειν. ἀλλ' ἔτι τῦτό μοι εἰπὲ, τίνες εἰσὶν ἔτοι, οἱ δοκῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τῦ βενῦ παραγίγνεσθαι; καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐςεφανωμένοι, ἔμφασιν ποιῦσιν εὐφροσύνης τινός. οἱ δὲ ἀςεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι, καὶ τὰς κνήμας, καὶ τὰς κεφαλὰς δοκῦσι τετρίφθαι, κατέχονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τινων; οἱ μὲν ἐςεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν παιδείαν, καὶ εὐφραίνονται τετυχηκότες αὐτῆς. οἱ δὲ ἀςεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς παιδείας, ἀνακάμπτεσι, κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι· οἱ δὲ ἀποδεδειλιακότες, καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν καρτερίαν, πάλιν ἀνακάμπτεσι, καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ. αἱ δὲ γυ-

quàm malè vivant, contemplatur. Ubi igitur omnia contemplatus fuerit, quid agit, aut quò abit? Quocunque voluerit, inquit. Ubique enim præsidium ipsi præstò est, tanquam Corycéum antrum habenti: & quocunque venerit, optime vitam deget, & quàm maximè securè. Ipsum quippe omnes libenter suscipient, uti medicum ægroti. Utrum igitur & illas mulieres, quas feras esse ajebas, nihil ampliùs meruit, ne ab ipsis lædatur? Nunquam ille quidquam molestabitur, aut ab Anxietate; aut à Tristitia; aut ab Intemperantia; aut ab Avaritia; aut à Paupertate; aut ab ullo alio malo: quippe omnibus dominatur, & supra omnia est, quæ ipsum antea tristitiâ adficiebant; quemadmodum viperarum venatores. Hæ enim bestiæ, cum cæteros ad mortem usque lædant, illis non nocent, quia id remedii ipsi habeant. Ita quoque hunc nihil lædit; quod remedium habeat. Rectè mihi dicere vidéris. Verùm hoc mihi præterea edissere; quinam illi sunt, qui inde à colle isto ádveniunt? quorum alii coronati, speciem lætitiæ cujusdam præ se ferunt: alii non coronati, qui cùm desperarint, suras ac capita videntur contusi; detinentur autem à quibusdam mulieribus. Coronati ii sunt, qui à Disciplina

γυναῖκες, αἱ μετ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι, τίνες εἰσὶν αὗται; λῦπαι, ἔφη, καὶ ὀδύναι, καὶ ἀθυμίαι, καὶ ἀδοξίαι, καὶ ἄγνοιαι. πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. νὴ δία, πάντα, ἔφη, ἀκολουθοῦσιν. ὅταν δ' οὗτοι παραγένωνται εἰς τὸν πρῶτον περίβολον, πρὸς τὴν ἡδυπάθειαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, οὐχ ἑαυτοὺς αἰτιῶνται· ἀλλ' εὐθὺς κακῶς λέγουσι, καὶ τὴν παιδείαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε βαδίζοντας, ὡς ταλαίπωροι, καὶ ἄθλιοί εἰσι, καὶ κακοδαίμονες· οἱ τὸν βίον τὸν παρ' αὐτοῖς ἀπολιπόντες, κακῶς ζῶσι, καὶ οὐκ ἀπολαύουσι τῶν παρ' αὐτοῖς ἀγαθῶν. ποῖα δ' λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι; τὴν ἀσωτίαν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, ὡς εἴποι ἄν τις ἐπὶ κεφαλαίου. τὸ γὰρ εὐωχεῖσθαι βοσκημάτων τρόπον, ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶναι. αἱ δ' ἕτεραι γυναῖκες, αἱ ἐκεῖθεν παραγιγνόμεναι, ἱλαραί τε καὶ γελῶσαι, τίνες καλοῦνται; δόξαι, ἔφη· καὶ ἀναγαγοῦσαι πρὸς τὴν παιδείαν τοὺς εἰσελθόντας πρὸς τὰς ἀρετὰς, ἀνακάμπτουσιν, ὅπως ἑτέρους ἀγάγωσι, καὶ ἀναγγείλωσιν, ὅτι εὐδαίμονες ἤδη γεγόνασιν, οὓς τότε ἀπήγαγον. πότερον οὖν, ἔφην ἐγὼ, αὗται εἴσω πρὸς τὰς ἀρετὰς εἰσπορεύονται; ἔφη, οὔ. οὐ γὰρ θέμις, δόξαν εἰσπορεύεσθαι πρὸς τὴν ἐπιστήμην· ἀλλὰ τῇ παιδείᾳ παραδιδόασιν αὐτούς. εἶτα ὅταν ἡ παιδεία παραλάβῃ, ἀνακάμπτουσιν αὗται πάλιν, ἄλλους

na sunt servati, adeoque lætantur, quod ipsam adepti fuere: at non coronati partim illi sunt, qui, cum à Disciplina sint desperati, remeant, malè ac misere adfecti: partim, qui timore percussi, etiam cum ad Tolerantiam adscendissent, denuo regrediuntur, & viæ ignoratione errant. At mulieres istæ, quæ ipsos insequuntur, quænam sunt? Tristitiæ, inquit, & Anxietates, & Exanimationes, & Ignominiæ, & Inscitiæ. Omnia mala ipsos sequi dicis. Per Jovem, omnia, inquit, sequuntur. Cæterùm hi, cùm ad primum septum, ad Voluptatem, & Intemperantiam, pervenerint, non se ipsos incusant; sed statim & Disciplinæ, iisque qui ibi incedunt, maledicunt; ut miseri, ac calamitosi, & infelices sint: qui eorum vitâ desertâ malè vivant, nec iis bonis, quibus ipsi gaudent, fruantur. Quænam verò bona esse dicunt? Luxuriam, & Intemperantiam, ut quis summatim dixerit. Nam pecudum instar epulari, maximorum bonorum fruitionem esse censent. At aliæ mulieres, quæ inde adveniunt, hilares ridentesque, quo nomine vocantur? Opiniones, inquit: quæ, ubi ad Disciplinam perduxerint eos, qui ad virtutes ingressi sunt, revertuntur, ut alios adducant; & nuncient, quos tum abduxère, jam factos

ἄξουσαι· ὥς περ αἱ νῆες, τὰ φορτία ἐξελόμεναι, πάλιν ἀνακάμπτουσι, καὶ ἄλλων τινῶν γεμίζονται. ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφην, ἐξηγῆσθαι· ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, τί προστάττει τὸ δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν βίον ποιεῖν; θαῤῥεῖν, ἔφη. διὸ καὶ ὑμεῖς θαῤῥεῖτε. πάντα γὰρ ἐξηγήσομαι, καὶ οὐδὲν παραλείψω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἐκτείνας οὖν τὴν χεῖρα πάλιν, ὁρᾶτε, ἔφη, τὴν γυναῖκα ἐκείνην, ἣ δοκεῖ τυφλή τις εἶναι, καὶ ἐπὶ λίθου στρογγύλου ἑστάναι, ἣν καὶ ἄρτι ὑμῖν εἶπον, ὅτι τύχη καλεῖται; ὁρῶμεν. ταύτῃ κελεύει, ἔφη, μὴ πιστεύειν, καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν, μηδ' ἀσφαλὲς ἔχειν, ὅ,τι ἂν παρ' αὐτῆς λάβῃ τὶς, μηδ' ὡς ἴδια ἡγεῖσθαι. οὐδὲν γὰρ κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι, καὶ ἑτέρῳ διδόναι. πολλάκις γὰρ τοῦτο εἴωθε ποιεῖν. καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κελεύει, μὴ πρὸς τὰς αὐτῆς δόσεις ἥττους γίγνεσθαι· καὶ μήτε χαίρειν, ὅταν διδῷ, μήτε ἀθυμεῖν, ὅταν ἀφέληται· καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν, μήτε ἐπαινεῖν· οὐδὲν γὰρ ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, πάντα· ὥσπερ πρότερον ὑμῖν ἔλεξα· διὰ τοῦτο οὖν τὸ δαιμόνιον κελεύει μὴ θαυμάζειν, ὅ,τι ἂν πράττῃ αὕτη, μηδ' γίγνεσθαι ὁμοίους τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον

ctos esse beatos. Num verò, inquam ego hæ ad virtutes introeunt? Ajebat, non. Neque enim fas est, Opinionem ad Scientiam ingredi; sed Disciplinæ illos tradunt: quos ubi Disciplina acceperit, hæ revertuntur rursus, alios adductura. Quemadmodum naves, depositis oneribus, iterum regrediuntur, & aliis quibusdam implentur. Hæc sane, inquam, egregiè mihi explicasse videris: sed illud necdum nobis declarasti, quid Genius in vitam ingredientibus facere præcipiat. Bono animo esse, inquit. Quare & vos este bono animo: omnia enim explicabo, & nihil prætermittam. Rectè dicis, inquam ego. Extensa igitur iterum manu, Videtis, inquit, mulierem illam, quæ cæca quædam esse videtur, & rotundo lapidi insistere, quam & modò, Fortunam adpellari, vobis dicebam. Videmus. Huic, inquit, non credere jubet; & persuasum habere, nihil firmi certique inesse iis, quæ quis ab ea acceperit, nec ut propria esse ducenda. Nihil enim vetat hæc rursus eripere, & alii dare. id quod sæpe facere solet. Hanc igitur ob causam quoque jubet, animum donis ejus invictum habere: & nec gaudere, cùm dederit; nec exanimari, cùm eripuerit: atque nec vituperare eam, nec laudare. Nihil enim agit cum ratione; sed temerè, & ut libitum fuerit, omnia. Quem-

ριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρȣσι, καὶ ἴδιον νομίζȣσιν εἶναι· ὅταν ᾖ ἀπαιτῶνται, ἀγανακτȣ͂σι, καὶ δεινὰ οἴονται πεπονθέναι, ȣ̓ μνημονεύοντες, ὅτι ἐπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ θέματα, ἐφ᾽ ᾧ ȣ̓κ ἦν κωλύειν τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ δαιμόνιον, καὶ πρὸς τὴν παρ᾽ αὐτῆς δόσιν· καὶ μνημονεύειν, ὅτι τοιαύτην ἔχει φύσιν ἡ τύχη, ὥς τε, ἃ δέδωκεν, ἀφελέσθαι, καὶ ταχέως πάλιν δοῦναι πολλαπλάσια. αὖθις ᾖ ἀφελέσθαι, ἃ δέδωκεν· ȣ̓ μόνον ᾖ, ἀλλὰ καὶ τὰ προϋπάρχοντα. ἃ γȣ͂ν διδῷ, κελεύει λαμβάνειν παρ᾽ αὐτῆς, καὶ συντόμως ἀπελθεῖν ἔχοντα πρὸς τὴν βεβαίαν, καὶ ἀσφαλῆ δόσιν. ποίαν ταύτην; ἔφην ἐγώ. ἣν λήψονται παρὰ τῆς παιδείας, ἣν διασωθῶσιν ἐκεῖ. αὕτη ȣ͂ν τίς ἐστιν; ἡ ἀληθὴς ἐπιστήμη, ἔφη, τῶν συμφερόντων, καὶ ἀσφαλὴς δόσις, καὶ βεβαία, καὶ ἀμετάβλητος. φεύγειν ȣ͂ν κελεύει συντόμως πρὸς ταύτην· καὶ ὅταν ἔλθωσι πρὸς τὰς γυναῖκας ἐκείνας, ἃς καὶ πρότερον εἶπον, ὅτι ἀκρασία, καὶ ἡδυπάθεια καλȣ͂νται, καὶ ἐντεῦθεν κελεύει συντόμως ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μὴ πιστεύειν μηδ᾽ ταύταις μηδ᾽ν, ἕως ἂν πρὸς τὴν ψευδοπαιδείαν ἀφίκωνται. κελεύει ȣ͂ν αὐτοῖς χρόνον τινὰ ἐνδιατρίψαι, καὶ λαβεῖν ὅ,τι ἂν βȣ́λωνται παρ᾽ αὐτῆς, ὥσπερ ἐφόδιον. εἶτα ἐντεῦθεν ἀπιέναι πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδέ-

admodum antè vobis dixi. Propterea igitur Genius jubet, non admirari, quodcunque hæc fecerit, nec improbis mensariis fieri similes. Etenim hi, cum argentum ab hominibus accipiunt, gaudent, & proprium esse censent: cum autem repetitur, indignantur, & iniqua pati putant; non recordantes, hoc pacto se mutuum accepisse, ut quando luberet, creditor id repeteret. Eodem igitur modo Genius jubet etiam erga istius dona adfectos esse; ac meminisse, hujusmodi natura esse Fortunam, ut, quæ dedit, eripiat, & statim rursus magna accessione dona augeat: iterum verò eripiat, quæ dederat; nec sola ea, sed etiam quæ quis antè possidebat. Quæ igitur donet, ab illa accipere jubet, ac cum iis sine mora abire ad firmum, & certum donum. Ecquod illud? inquam ego. Quod à Disciplina accepturi sunt, si ibi serventur. Quodnam autem hoc est? Vera scientia inquit, eorum quæ conducunt, & certum donum, & firmum, & immutabile. Quare statim ad hanc fugere jubet; ubi verò ad illas mulieres venerint, quas Intemperantiam, & Voluptatem vocari, etiam antè dixi, hinc itidem subito jubet discedere, neque his ulla in re fidem habere, donec ad Falsam Disciplinam pervenerint. Atque hic aliquandiu commorari eos jubet, &, quodcunque voluerint, ab ipsa

θέαν συντόμως. ταῦτ' ἐστὶν ἃ προστάσσει τὸ δαιμόνιον· ὅς τις τοίνυν παρ' αὐτά τι ποιεῖ, ἢ παρακούει, ἀπόλλυται κακὸς κακῶς. ὁ μὲν δὴ μῦθος, ὦ ξένοι, ὁ ἐν τῷ πίνακι, τοιοῦτος ἡμῖν ἐστιν. εἰ δὲ δεῖ τι προσπυθέσθαι περὶ ἑκάστου τούτων, οὐδεὶς φθόνος· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν φράσω. καλῶς λέγεις, ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ τί κελεύει αὐτοὺς τὸ δαιμόνιον λαβεῖν παρὰ τῆς ψευδοπαιδείας; ταῦθ' ἃ δοκεῖ εὔχρηστα εἶναι. ταῦτ' οὖν τίνα ἐστί; γράμματα, ἔφη, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων, ἃ καὶ πλάτων φησὶν, ὡσανεὶ χαλινοῦ τινος δύναμιν ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περισπῶνται. πότερον δὲ ἀνάγκη ταῦτα λαβεῖν, εἰ μέλλοι τὶς ἥξειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, ἢ οὔ; ἀνάγκη μὲν οὐδεμία, ἔφη· χρήσιμα μέν τοι ἐστί. πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι, οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα. οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι, πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι ἄνδρας; οὐδέν· ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι· ὅμως δὲ οὐκ ἄχρηστα κἀκεῖνά ἐστιν. ὡς γὰρ δι' ἑρμηνέως συμβάλλομεν τὰ λεγόμενά ποτε, ὅμως μέν τοι γε οὐκ ἄχρηστον ἦν καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν φωνὴν ἀκριβεστέραν ἔχειν, ἄν τι συνήκαμεν· οὕτω ἄνευ τούτων τῶν μαθημάτων οὐδὲν κωλύσει βελτίους γενέσθαι. πότερον οὖν προέχουσιν οὗτοι οἱ μαθηματικοὶ, πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; πῶς

μέλ-

ſumere, quaſi viaticum: poſtea hinc curſim abire ad veram diſciplinam. Hæc ſunt quæ Genius præcipit. Quiſquis igitur aliter quidquam fecerit, aut inobediens fuerit, ille malus eſt, & male peribit. Atque hujuſmodi eſt fabula illa, o hoſpites, quam hæc tabula exhibet. Quod ſi de unoquoque horum præterea aliquid ſciſcitari opus eſt, absque invidia id vobis ediſſeram. Rectè dicis, inquam ego. Quidnam verò jubet eos Genius accipere à Falſa Diſciplina? Ea quæ videntur eſſe utilia. Quæ verò ſunt iſta? Literæ, inquit, & aliæ diſciplinæ quas etiam Plato ait, quaſi freni cujuſdam vim habere apud adoleſcentes, ne ad alia diſtrahantur. Utrum verò neceſſe eſt hæc accipere, ſi quis ad Veram Diſciplinam venturus ſit; an non? Nulla quidem cogit neceſſitas, inquit; utilia nihilominus ſunt: at ut meliores evadamus, huc nihil iſta conferunt. Nihil ergo utilitatis hæc adferre ais, ut meliores homines evadant? Nihil: quippe & abſque illis meliores fieri poſſunt: non tamen & ipſa ſunt inutilia. Quemadmodum enim per interpetrem interdum ſermones conferimus, nec tamen inutile erat, exercitatiore nos eſſe lingua, ſi quid intellexiſſemus: ſic quoque ſine his diſciplinis meliores fieri nihil impedit. Utrum verò his diſciplinis inſtructi nihilo potiore condi-

μέλλουσι προέχειν, ἐπειδὰν φαίνωνται ἠπατημένοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, καὶ ἔτι κατεχόμενοι ὑπὸ πάσης κακίας; οὐδὲν γὰρ κωλύει εἰδέναι μὲν γράμματα, καὶ κατέχειν τὰ μαθήματα πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον καὶ ἀκρατῆ εἶναι, καὶ φιλάργυρον, καὶ ἄδικον, καὶ προδότην, καὶ τὸ πέρας, ἄφρονα. ἀμέλει πολλοὺς τοιούτους ἐστὶν ἰδεῖν. πῶς οὖν οὗτοι προέχουσιν, ἔφη; εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας γενέσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων; οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ἀλλὰ τί ἐστιν, ἔφην ἐγὼ, τὸ αἴτιον; ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ διατρίβουσιν, ὥσπερ ἐγγίζοντες πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς, ἔφη; ὅταν πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν παραγιγνομένους, ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου, ἀπὸ τῆς ἀκρασίας, καὶ τῆς ἄλλης κακίας εἰς τὸν τρίτον περίβολον, πρὸς τὴν παιδείαν τὴν ἀληθινὴν, οἱ τούτους τοὺς μαθηματικοὺς παραλλάττουσιν· ὥστε πῶς ἔτι προέχουσιν; ἄρα ἢ ἀκινητότεροι, ἢ δυσμαθέστεροί εἰσι; πῶς, ἔφην, τοῦτο, ἐγώ; ὅτι οἱ ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ, εἰ μηδὲν ἄλλο, προσποιοῦνταί γε ἐπίστασθαι, ἃ οὐκ οἴδασιν. ἕως δ' ἂν ἔχωσι ταύτην τὴν δόξαν, ἀκινήτους αὐτοὺς ἀνάγκη εἶναι, πρὸς τὸ ὁρμᾶν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. εἶτα τὸ ἕτερον οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ αἱ δόξαι ἐκ τοῦ πρώτου περιβόλου εἰσπορεύονται πρὸς αὐτοὺς ὁμοίως. ὥστε οὐ-

tione sunt, ut cæteris hominibus meliores fiant? Qui potiore conditione esse possint, cum eos de bonis & malis, æquè ac alios, deceptos esse adpareat, & ab omni pravitate adhuc detineri? Nihil enim vetat literas scire, & doctrinam omnem percepisse, æquè tamen ebriosum, & incontinentem esse, & avarum; & injustum, & proditorem, & denique amentem. Cujusmodi sanè multos videre est. Quomodo igitur, inquit, illorum potior conditio sit, ut meliores viri evadant ob has disciplinas? Ex hac quidem oratione id nullo modo fieri posse adparet. Sed quid causæ est? inquam ego. Quoniam in secundo septo tempus terunt, tanquam veræ Disciplinæ adpropinquantes. Et quid hoc, inquit, eos juvat? Quando sæpe videre est, ex primo septo, ab Incontinentia, & reliqua pravitate, ad veram Disciplinam pervenientes, qui hos disciplinis addictos prætereunt. Qui igitur potiore conditione esse possint? Quare aut difficiliùs moventur, aut ægriùs addiscunt Quomodo hoc? inquam ego: Quoniam qui sunt in secundo septo, si nihil aliud, saltem præ se ferunt, se ea scire, quæ nesciunt. Donec autem hanc opinionem retinent, necesse est eos moveri non posse, ut ad veram Disciplinam contendant.

δὲν οὗτοι ἐκείνων βελτίους εἰσὶν, ἐὰν μὴ καὶ
τούτοις συνῇ μεταμέλεια, καὶ πεισθῶσιν,
ὅτι οὐ παιδείαν ἔχουσιν, ἀλλὰ ψευδοπαι-
δείαν, δι' ἣν ἀπατῶνται. οὕτω δὲ διακεί-
μενοι, οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν. καὶ ὑμεῖς
τοίνυν, ὦ ξένοι, ἔφη, οὕτω ποιεῖτε, καὶ
ἐνδιατρίβετε τοῖς λεγομένοις, μέχρις ἂν
ἕξιν λαβεῖν. ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτῶν πολ-
λάκις δεῖ ἐπισκοπεῖν, καὶ μὴ διαλείπειν·
τὰ δὲ ἄλλα πάρεργα ἡγήσασθαι. εἰ δὲ
μὴ, οὐδὲν ὄφελος ἔσαι, ὧν νῦν ἀκούε-
τε. ποιήσομεν. τοῦτο δὲ ἐξήγησαι, πῶς
οὐκ ἔσιν ἀγαθὰ, ὅσα λαμβάνουσιν οἱ ἄν-
θρωποι παρὰ τῆς τύχης; οἷον, τὸ ζῆν,
τὸ ὑγιαίνειν, τὸ πλουτεῖν, τὸ εὐδοξεῖν, τὸ
τέκνα ἔχειν, τὸ νικᾷν, καὶ τὰ λοιπὰ,
ὅσα τούτοις παραπλήσια· ἢ πάλιν τὰ ἐ-
ναντία, πῶς οὐκ ἔσι κακά; πάνυ γὰρ
ἡμῖν παράδοξον, καὶ ἄπισον δοκεῖ τὸ λε-
γόμενον. ἄγε τοίνυν, πειρῶ, ἔφη, ἀπο-
κρίνασθαι τὸ φαινόμενον, περὶ ὧν ἄν σε
ἐρωτῶ. ἀλλὰ ποιήσω τοῦτο, ἔφην ἐγώ.
πότερον οὖν, κἂν κακῶς τις ζῇ, ἀγάθον
ἐκείνῳ; οὔ μοι δοκεῖ, ἀλλὰ κακὸν, ἔφην
ἐγώ. πῶς οὖν ἀγαθόν ἐσι τὸ ζῆν, ἔφη,
εἴ περ τούτῳ ἐσὶ κακόν; ὅτι τοῖς μὲν κα-
κῶς ζῶσι, κακόν μοι δοκεῖ εἶναι· τοῖς δὲ
καλῶς, ἀγαθόν. καὶ κακὸν ἄρα λέγεις τὸ
ζῆν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι; ἔγωγε. μὴ οὖν ἀ-
πιθάνως λέγε. ἀδύνατον γὰρ, τὸ αὐτὸ
πρᾶ-

Deinde alterum illud non vides, similiter quoque Opiniones è primo septo ad eos ingredi? Quare hi nihilo illis sunt meliores, nisi quoque his adsit Pœnitentia, & persuadeatur, non Disciplinam se habere; sed Falsam Disciplinam, à qua seducantur. Dum autem ita sunt animati, non possint unquam servari. Et vos igitur, ò hospites, inquit, ita agite & immoramini iisquæ dicuntur, donec habitum comparaveritis. Quin de iisdem sæpius considerationes sunt suscipiendæ, ac sine intermissione: cætera autem supervacanea sunt ducenda. sin minus, nulli usui erunt, quæ modò auditis. Faciemus. Hoc verò explica, quomodo bona non sint, quæ homines à Fortuna accipiunt? ut, vita, valetudo, divitiæ, gloria, liberi, victoria, & cætera, quæ his similia sunt: aut rursus contraria, quomodo non sint mala? Planè enim mirabile nobis, & incredibile videtur quod dicis. Age igitur, da operam, inquit, ut respondeas, quid videatur de iis quæ tibi sum propositurus. At faciam hoc, inquam ego. Nunquid igitur, quamvis malè quis vivat, vivere ipsi bonum est; Non videtur mihi, sed malum, inquam ego. Quomodo igitur vivere bonum est, inquit, si huic est malum? Quare malè quidem viventibus, malum mihi esse videtur; at bene viventibus, bo-

πρᾶγμα, καὶ κακὸν, καὶ ἀγαθὸν εἶναι. οὕτω μὲν γὰρ καὶ ὠφέλιμον, καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη· καὶ αἱρετὸν, καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί. ἀπίθανον μέν. ἀλλὰ πῶς, εἰ τὸ κακῶς ζῆν, ᾧ ἂν ὑπάρχοι, κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ, οὐ κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν; ἀλλ᾽ οὐ τὸ αὐτὸ, ἔφη, ὑπάρχει τὸ ζῆν τῷ κακῶς ζῆν. ἢ οὐ σοι φαίνεται; ἀμέλει οὐδ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ τὸ αὐτὸ εἶναι. τὸ τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστιν· ἐπεὶ εἰ ἦν κακὸν, τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν, ἐπεὶ τὸ ζῆν αὐτοῖς ὑπῆρχεν. ὅπερ ἐστὶ κακόν. ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν. ἐπεὶ τοίνυν ἀμφοτέροις συμβαίνει τὸ ζῆν, καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι, καὶ τοῖς καλῶς· οὐκ ἂν εἴη οὔτε ἀγαθὸν εἶναι τὸ ζῆν, οὔτε κακόν. ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν, καὶ καίειν, ἐν τοῖς ἀῤῥωστοῦσίν ἐστι νοσερὸν, καὶ ὑγιεινόν. οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν ἐστι ταῦτα. σὺ τοίνυν οὕτω θεώρησον, πότερον ἂν βούλοιο, ζῆν κακῶς, ἢ ἀποθανεῖν καλῶς καὶ ἀνδρείως; ἀποθανεῖν ἔγωγε καλῶς. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν ἐστιν, εἴπερ αἱρετώτερόν ἐστι πολλάκις τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν. ἔστι ταῦτα. οὐκοῦν ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ὑγιαίνειν, καὶ νοσεῖν. πολλάκις γὰρ οὐ συμφέρει ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅταν ἡ περίστασις τοιαύτη. ἀληθῆ λέγεις. ἄγε δὴ, σκεψώμεθα καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν οὕτως, εἴγε θεωρεῖν ἐστιν, ὡς πολλάκις ἐστὶν ἰδεῖν ὑπάρ-

χον-

bonum. Ergone & malum esse dicis vivere, & bonum? Ego certè. Noli absurda proferre. Fieri enim nequi, ut eadem res & mala sit, & bona. Ita enim & utilis, & perniciosa simul fuerit; simul expetenda, & fugienda. quod est absurdum. Sed qua ratione, si male vivere, cui quidem contigerit, malum quid ipsi est, non ipsum vivere malum est? At non idem, inquit, est, vivere, & malè vivere. an non tibi videtur? Profectò nec mihi idem esse videtur. Ergo vivere non est malum: quoniam si malum foret, viventibus bene, malum existeret, quoniam viverent; id quod malum est. Vera mihi dicere videris. Quoniam igitur utrisque accidit vivere & malè viventibus, & bene; nec bonum fuerit vivere nec malum: sicut nec secare, & urere, in ægrotis est morbosum, aut salubre. Sic ergo & res se habet, cum, an vivere bonum sit, aut malum, quæritur. Tu verò ita hæc considera, utrum malis; vivere malè, an bene & fortiter mori. Mori equidem bene. Ergo nec mori malum est, siquidem sæpe magis expetendum est mori, quàm vivere. Ita est. Idem dicendum est, cùm quæritur, num bonum sit valere; & malum, ægrotare. Sæpe enim non conducit valere, sed contrà ægrotare, cum ita casus tulerit. Vera dicis. Age verò, de divitiis eodem

χοντά τινι πλοῦτον, κακῶς δὲ ζῶντα τοῦτον καὶ ἀθλίως. νὴ δία πολλούς γε. οὐκοῦν οὐδὲν τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ εἰς τὸ ζῆν καλῶς; οὐ φαίνεται. αὐτοὶ γὰρ φαῦλοί εἰσιν. οὐκοῦν τὸ σπουδαίους εἶναι οὐχ ὁ πλοῦτος ποιεῖ, ἀλλὰ ἡ παιδεία. εἰκός γε. ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου, πῶς ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, εἴπερ οὐ βοηθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὸν, εἰς τὸ βελτίους εἶναι; φαίνεται. οὕτως οὖν συμφέρει ἄρα ἐνίοις πλουτεῖν, ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. δοκεῖ μοι. πῶς οὖν τοῦτο ἄν τις κρινεῖ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ πολλάκις οὐ συμφέρει ὑπάρχειν; οὐδαμῶς. οὐκοῦν εἰ μέν τις ἐπίσταται πλούτῳ χρῆσθαι καλῶς καὶ ἐμπείρως, εὖ βιώσεται. εἰ δὲ μὴ, κακῶς. ἀληθέστατά μοι δοκεῖς τοῦτο λέγειν. καὶ τὸ σύνολον δὲ, τὸ τιμᾷν ταῦτα, ὡς ἀγαθὰ ὄντα, ἢ ἀτιμάζειν, ὡς κακὰ, τοῦτό ἐστι τὸ ταράττον τοὺς ἀνθρώπους, καὶ βλάπτον, ὅταν τιμῶσί τε αὐτὰ, καὶ οἴωνται διὰ τούτων μόνων εὐδαιμονεῖν. καὶ πάντ' ἑπομένως πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέστατα δοκοῦντα εἶναι. ταῦτα δὲ πάσχουσι διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἄγνοιαν.

ΤΕΛΟΣ.

dem modo inquiramus, si id spectare possumus: uti sæpe videre est, aliquem divitiis adfluentem, malè itidem & misere vivere. Per Jovem, multos. Ergo nihil ipsis divitiæ ad bene vivendum prosunt. Non videtur. Improbi enim sunt. Quare non divitiæ, sed disciplina, ut probi simus, efficit. Probabile hoc est. Hoc igitur argumento qui divitiæ bonum sint, siquidem possidentibus ipsas eò auxilii nihil adferunt, ut meliores fiant? Adparet. Sic ergo nec conducit quibusdam divitiis adfluere, cum iis uti nesciunt. Id mihi quoque videtur. Quomodo igitur id quis bonum esse judicabit, quod sæpe ne existere quidem conducit? Nullo modo. Quare si quis divitiis bene & solerter uti norit, bene vivet: sin minus, malè. Verissime hoc mihi dicere vidèris. Atque ut omnia breviter comprehendam, hæc in pretio habere, ut quæ bona sint; aut contemnere, ut quæ mala, hoc est quod turbat homines, & damno adficit: cum ista colunt, & iis solis se felices esse putant; & consequenter horum causa omnia agunt, etiam quæ impiissima esse videntur. Hæc autem propter boni ignorationem ipsis usu veniunt.

FINIS.

In Ludovici Odaxii versione, quæ ex integriore codice prodiit, fini hæc adjuncta leguntur.

Illud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in divitiarum possessionem ex pessimis ac turpissimis facinoribus devenisse: veluti, proditionibus, depredationibus, homicidiis, calumniis, rapinis, aliisque compluribus, & pravis operibus. Ita res est. Si igitur, ut par est, ex malo bonum nullum provenit; divitiæ verò ex malis facinoribus proveniunt; divitias nequaquam bonum esse necesse est. Sic ex isto sermone contingit. Ceterum ne sapientia quidem, & justitia, ex malis operibus acquiri potest: neque itidem injustitia, & insipientia, ex bonis. Siquidem ipsa eadem simul consistere non possunt. Divitias verò, & gloriam, & victorias, & reliqua id genus multa, cum pravitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quapropter hæc neque bona, neque mala censeantur. Ceterum sapientia duntaxat bonum: insipientia verò, malum. Rectè, inquam, & sufficienter mihi dicere videris.

